Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

# Opera Luciani philoſophi Luculentiſſimi.


Luciani de ueris narrationibus

Luciani de aſino

Luciani philoſophorum uite

Luciani Scipio

Luciani tyranus

Luciani ſchaphidium

Luciani palinurus

Luciani Charon

Luciani Diogenes

Luciani Terpſion

Luciani hercules

Luciani uirtus Dea

Luciani in amorem

Luciani Timon

Luciani de callumnia

Luciani laus muſcæ.




CUR410 f.674

¶ Clariſſimi Luciani philoſophi ac oratoris de ueris narrationibus noui
ter caſtigatus.

¶ Proœmium.

Os eſt athletarū: ac eorū: qui ſūma diligentia corpus ex
ercēt: nō modo bonę habitudinis: ac exercitationis habe
re rationem: uerum & eius: qđ magnam exercitationis
uim habere arbitrantur: nonnunq̄ remiſſioni corporis ac
quieſcere. Idem litterarū ſtudioſis fieri oportere cenſeo: ut
cū grauibus: ac ſeriis legēdis defatigati fuerint: ad ani
mi laxamētū aliquātiſper declinent: donec ad futurum la
borē robuſtiores: ac uegetiores efficiantur. Maximū uero
ex hoc ocio: atq; quiete fructū caperent: ſi taliū rerū lectio
ni uacarent: quæ nō modo tenuē: ac ieiunā: uerū neq; rudem: neq; incon
cinnā ſpeculationē pſeferrent: quale quiddā & de his ſcriptis ſenſuros ſu
ſpicor. Neq; .n. ſolū materiæ nouitas: atq; feſtiuitas: neq; id: qđ multa: ac
uaria mendacia uériſimiliter: ac probabiliter cōfingunt: eos ad legendum
alliciet: uerū id pcipue: q oīs ferme narratio neminē: aut ex antiq̄s: aut ſcri
ptoribus: aut philoſophis: q mōſtruoſa quædam: & fabulis ſimiliora q̄ ue
ris litteris mandarunt: ſine morſu reprehenſionis ptermiſit. Quorum qui
dē oīum nomina ſubieciſſem: niſi ea tibi ex ipſa lectione perſpicua: & mani
feſta fore ītelligerem. Cteſias quidam ctyſiochi cnidius mira quædā de in
dorū regionę conſcripſit: atq; ea quidē: quæ neq; ipſe audiuerat: neq; ab alio
q uera narraret: acceperat. Iambolus quoq; de his: quæ ī mari magno ſunt:
multa pter fidē: ac opinionē hoīum ſuis libris īſeruit: oībus qdē aptū com
mentus mēdaciū: nō tñ ī ſuauis: materiæ cōpoſitor. Multi ptereā hos imita
ti in eadē rōne ſcribēdi uerſati ſunt: q errores: ac pegrinationes cōmenda
runt: ac immenſa belluarū corpora: & effrenatos hoīum mores enarrarunt.
Huius uero deceptionis artifex: & inuentor extitit homericus ille uliſſes: q
& uentorū ſeruitutem: & monoculos: crudaq; comedentes homines: & mul
torū capitū: ſocioſq; meretricū bñficiis pmutatos: multaq; monſtris ſimilia
rudi phæacū populo eſt emētitus. In quos quidem cum incidiſſem: nō mul
tū ſane his uituperationis tribuendū ſtatuebam: quū hoc genus ſermonū
ab his: qui ſe philoſophos eſſe profitentur: uſurpari uiderem. Illud uero nō
parum in eis admiratus ſum: ſi quū falſa dicerēt: id alios latere exiſtimarēt.
Quapropter & ipſe præ inani gloria ſtudēs poſteris aliquid relinquere: ne
ſolus expers ſim libertatis ī fabulis dicendis (nihil. n. memoratu dignū: qđ
uere narrare poſſem: mihi contigerat;) ad mendaciū me tranſtuli: atq; (ut
mea qdē fert opinio) multo tolerabilius q̄ cæteri. Nā quū hoc ipſum: q mē
tior: uere dicā: icirco me aliorū reprehenſiones iure: ac merito effugere exiſti
maui: qm̄ nihil me ueri narraturum polliceor. Ea igit ſcribo: q̄ neq; ipſe ui
di: neq; paſſus ſū: neq; ab aliis audiui: q̄ ptereā oīo nō ſunt: neq; ab initio
eſſe potuerūt. Quare q hoc legerit: nullam his fidē adhibeat: oportet.

¶ Luciani de ueris narrationibus liber primus.

EGreſſus olim ab Herculeis columnis: & in heſperium oceanum delatus: ſecũdis q̄dẽ flatibus nauigabã. Cauſa autẽ peregrinationis: & argumẽtũ mẽtis ſolertia: & nouarũ rerũ deſideriũ: ſciręq; cupiebã: qui ſit oceani finis: quiq; hoĩes ultra oceanũ ĩhabitent. Huius igiť gratia cõmeatꝰ: & ſuppellectilẽ multã ĩpoſui: aquãq;: ac coetaneos quinquaginta parẽ mihi ſnĩam habẽtes: & armorũ copiã: gubernatorẽq; optimũ magno ꝑcio cõducens accepi in nauẽ: erat autẽ nauis mediocris ad magnam: ac uiolẽtam nauigationeʒ robuſta. Die igiť: & nocte ſecũde nauigãtes: terra admodũ apparente: non adeo multa ui agebamur. Sequẽti die ſimul oriente ſole uẽtus increuit: & fluctus ĩtumuere: caligoq; cũcta ĩpleuit: neq; iam demitti uellũ poterat. Cũ uẽto igiť cõuerſi: & cõmittentes nos ipſos tempeſtati: hyemauimus diebus nouem & ſeptuaginta: octuageſima uero die oriente iã ſole repente conſpicimus non longe inſulã ſublimẽ: & arboribus conſitam. Circa eã fluctus nõ aſperi frangebantur: &.n. procellæ iam maxima pars quieuerat. Adeũtes igitur: & deſcẽdentes: ut ex multa maris moleſtia ſuper terrã ſtrati diu iacuimꝰ. Tãdẽ exurgentes ex nobis ipſis ſtatuimus triginta quidẽ cuſtodes nauis ſtare: uiginti autẽ mecum aſcendere: quæ in inſula erant exploraturos. Progredientes igiť quantũ ſtadiis tribus a mari: per ſyluã uidemus columnã quandã æreã: græcis litteris circum ſculptã: caducis tamẽ: & cõſumptis: dicebant eo uſq; Herculẽ & Bachum deueniſſe. Erant autẽ & ꝑpe ueſtigia duo ſup petrã: unum q̄dem inſtar iugeris magnũ: alteruʒ aũt minus mihi q̄dem uidebať. Bachi fuiſſe q̄d minus erat. Herculis ãt quod maius: uenerantes igitur locũ ꝑceſſimus. Nõ iam lõge aberamus quum ecce flumini ſupra ſtetimus: uino fluenti ſimillimo: latoq; tramite decurrenti: uinũ ꝑfecto tale: quale ex Chio inſula habetur. Erat & fluxus inũdans: & multus: ita ut alicubi nauibus eſſet tranſitus. Nobis ergo maior addita eſt fides: ut litteris crederemus: q̄s antea ſculptas ĩ colũna uideramus: teſtimoniũ iã ſũ mẽtibus de bacchim ꝑegrinatione. Cupiens tamẽ & fluminis initium inueſtigare: aſcendebam contra fluenta: & fortẽ q̄dẽ nullũ: multas tamen: ac magnas uites uuis onuſtas inuenimus: eaꝝ autem cuiuſq; radicitus uinũ ſcatebat lucens: quod in unuʒ cõfluens flumen efficiebat. Videbamus & in eo piſces: & colore: & guſtu uino ſimiles. Quomodo igitur piſcari nobis ſuaderamus: & in capturã plures obueniſſent piſces: ad eſuʒ illecti ebrietati ſubcubuimus: & iam errare: ac nutare: & primum ſtomachari: q; præcidentes fæceplenos inueniebamus. Deniq; cõmiſcẽtes eos q ex aqua naſcuntur piſces: ac comedẽtes uinalem fumum temperauimus. Tunc & flumen traiicientes: qua uadibile fuit uitium: portentuoſam rem inuenimus. Nam trũcus inferior: q a terra ſurgebat: ferax erat: & pinguis ſuperior autem mulieres erant: quãtum & fœmoribus ſupra perfecta omnia habẽtes. Talẽ apud nos Daphnem ſcribunt: Apolline iã cõpræhendẽte: in arboreʒ

uerſam. A ſummis autem earu; digitis exoriebantur palmites uuis pleni: capitis p comis inerant clauiculi: & folia: & uuæ. Eæ ergo ad nos accedentes ſalutabāt: & dextras prendebant: aliquæ quidem lyda: aliquę inda: plurimæ græca lingua loquentes: oreque nos deoſculabantur. Tum deoſculatus: inebriatus cōfeſtim: dubius: ac nutabundus erat. Fructum autē decerpi non ſinebant: ſed eo euulſo dolebant: & quidem cum clamore. Gliſcebāt autem uehementiſſime nobis cōmiſceri: duoq; ex nobis adherētes: ab his nō amplius ſoluti: ſed ex pudendis cōnexi ſunt. Traxerunt enim repente ex eadem ſpetiæ naturam: & conradicati manſere: iam & ipſis palmites digiti emittebant: & clauiculis circūplexātibus: uuæ plenæ erumpebant. Derelinquētes igitur eos in naui; confugimus: & aſcēdentes qui ibi remanſerunt cū alia: tu; & derelictorū cōmitu; cōmixtionem cū uitibus enarrauimus. Accipientes ergo amphoras aq̄s hauſim9: itē & e flumine uinū: in q; uicino littore noctem duximus. Mane aūt ferebamur: & nō uiolentis flatibus: circa meridiem uero: nō iam apparēte inſula: repente corruſcans turbo factus eſt. Qui nauē circūuoluēs: & in ſublime eleuās: q̄tum ſtadiis tribus milibus nō iā in pelago depoſuit: ſed ſupra ſuſpenſam: ingruenſq; uelis uētus: & ſinu facto deferebat carbāſu;. Septem igitur dies ac totidē noctes per aera decurrētes: octaua die inſpicimus terrā quādā magnam in medio aeris: uelut inſula; lucidam: & circularem multa luce micantem. Ad hanc ergo delati: portumq; īgrediētes deſcendimus. Explorantes aūt regionem inuenimus habitatam: & cultam: & die quidem nihil uidebamus: nocte autē apparebant & aliæ prope inſulæ: q̄dā ut uidebant̄ maiores: minores quædam igni colore ſimiles. Erat & alia īferius terra urbes in ſe habens & flumina: & maria: ſyluas: mōtes: quam huic: quæ a nobis incolit̄: cōparabamus. Volentes ergo ulterius procedere: compræhenſi fuimus in equogryphos (ſic.n.illos dicunt) incidentes: hi autē equogryphi hoīes ſunt: equorū loco gryphonibus īſidentes. Magni & enim ſunt gryphones: & ut plurimum tribus capitibus īnixi: hinc aūt diſcat q̄s illorū magnitudinem. Malo etenim onerariæ nauis ala quæq; maior: & robuſtior eſt. His igitur equogryphis imperatum eſt circūuolantibus terrā: ſiquis aduena inueniretur ad regem agere: quiq; & nos cōpræhendentes ad regem duxere. Is uero ut īſpexit ex ipſis (ut opinor) ueſtibus ſimilitudinē capiens: græci: an ne inq̄t uos aduene. Aſſentientibus autē nobis: q̄ſo inquit aduenistis tantum aeris ſuperantes. Et nos illi oē retulimus. Tum ille incipiens nobis: q̄ circa eū fuerāt enarrabat. Quod.ſ. homo exiſtens nomine Endimion in noſtra ortus terra: raptuſq; olim dormiens: & eo delatus: in regione. Eſſe autem terram illam dixit: quæ infra a nobis luna dicit̄. Sed cōfidere nos dixit neq; piculū ullū ſuſpicari: & enī cūcta uobis aderūt neceſſaria. Si aūt uicero bellū inquit. quod nunc ſolem incolentibus īfero: omniu; feliciſſimi apud me uiuetis. Hinc nos interrogauimus: Qui ſint hoſtes: & quæ odiorū cauſæ. Tum ille. Phethō īquit eorū qui in ſole ſunt. Rex & enim il-

le ẽt habitatur: quẽadmodũ & luna multo iam aduerſum nos bellatur tẽpore: cœpit autẽ ea: quam audietis: ratione. Ego olim pauperrimos quoſq; qui in meo erant: regno congregans: uolui coloniam in luciferum deducere: deſertũ tunc: & nullis habitatũ Phæthon autẽ inuida ſtimulatus tranſitum prohibuit: medio in itinere occurrẽs: equoformicis aduectus: tũc qui dẽ uicti (non. a. apptu æqles eramus) ſeceſſimus. Nunc autem itez uolo bellũ afferre: & coloniam traiicere. Q đ ſi uultis mecũ claſſe communicare: gryphones uobis regalibus dabo unum unicuiq; & cæteram armaturam. Cras autẽ faciemus exitũ. Equidẽ: quãdo tua hæc ẽ ſententia. Sic in q̃ fiat. Tunc apud eos recepti manſimus. Mane autem exurgens ſtatuebamur in aciem: nunciabant enim exploratores: hoſtes appropinquare. Magnitudo quidem exercitus centum milia erant: abſq; peditibus: & externis auxiliis: item abſq; impedimẽtis: & machinaz peritis. Horũ autẽ octuaginta quidem milia equogryphoz erant: qui autẽ ab aloleris ferebantur: uiginti milia. Eſt autẽ alex hæc maxima oleribus pẽnaz loco obſita. Qui uero ex his uelociores erant: pennas habebant lactucæ foliis maxime ſimiles. Vbi uero & cum his cenchroboli ordinati ſunt: & ſcorodomachi. Aduenerunt a ſeptentritione auxilia pſyllotoxoti quidẽm numero triginta milia uentocurſores autem quinquaginta milia. Horum ſane pſylotoxoti magnarum pulicum ſeſſores ſunt: unde & appellationem trahunt: pulicũ uero magnitudo: ut duodecim elephantes. Porro uentocurſores pedeſtres qdem ſunt: feruntur autem uento abſq; alis per medium aera. Modus autem quo feruntur talis eſt. Subcingunt ſe talares tunicas: eaſq; uento ſinuantes: uela in paruis ſcaphis immitantẽ. Hi pugna ſcutis armati plurimum ualent. Dicebantur autem aduentare ab his: quæ ſupra cappadociam ſunt ſtellis. Struthobalani quidem numero ſeptuaginta milia: equogrues quinquaginta milia. Hos ego non uidi (nõ enim uenerant:) quare neque eorum naturas ſcribere auſim. Portẽtuoſa quædã: ac incredibilia de his dicebantur: & is quidem erat Endymionis exercitus: omnium autem armatura eadẽ erat. Galea quidem e fabarum ſpoliis. Magne autem apud illos fabæ: & duriſſimum illarum ſpolium. Thoraces autem ſquameæ omnes: & ſquamæ quidem lupineæ: & enim lupinorum lepas conſuentes: thoracas faciunt. Sunt autem lepæ ipſæ: ut cornu duræ: ſcuta: & enſes qualia argolica noſtra uidemus. Vbi uero tempore datum eſt: ſic in aciem deducti ſunt. In dextro quidem cornu equogryphi: & rex optimos quoſq; circa ſe habens: & nos cum his: in leuo uero aloleri. Porro inter utrumq; auxilia: ut cuiq; magis placuit. Erat & peditatus maximus myriadarum ſex milliũ. Hunc ſtatuere in aciem. Sic araneæ apud illos multæ: ac magnæ ſunt: queq; ex cycladibus inſulis una multo maior. Has iuſſit itexere medium aeris: quod a luna in luciferum diffunditur. Idq; ut primum perfecerunt: campus ſubſtratus apparuit: in quo peditatũ ſtatuunt. Ducebat autẽ hunc Nycterion bonregulus. Hoſtiũ autẽ leuum qdem equoformici: & in his medius Phæthon. Be

ſiæ & enĩ magnæ ſunt alatæ. Hiſq; apud nos ſunt formicis præter magnitu
dinem nõ diſſimiles: haꝝ maxima duoꝝ iugerum menſuram implet. Pu-
gnabãt ãt non ſolum qui deſuper inſidebant: ſed & hæ cornibus maxime.
Dicebant eſſe hoꝝ numeꝝ pœne quinquaginta milium. In eorum autem
dextro Aeroculices fere qnquaginta milia. Sagittarii oẽs magnis in culi-
cibus delati. Poſt hos aũt Aerocordaces nudi: ac pedeſtres: uerum bellico-
ſi: & enim lõge iaciebant rapas fundis maximas: percuſſuſq;: neq; parum
ſubſiſtere poterat: moriebatur. ſ. cõfeſtim: uulnere quodã fœtore infecto:
nanq; ſagittas malbæ ueneno delibutas ferebant. Hos iuxta Caulomyce
tes poſuerũt armis accinctos: & cominus pugnã tes numero decem milia.
Dicunt aũt Caulomycetes: qm̃ ſcutis quidem fungeis utuntur: haſtilibus
uero aſperagorum uirgultis. Steterunt autem poſt hos & Cynobalamin:
quos ii miſerunt: qui canem ſtellã inhabitant: qnquaginta milia numero:
& hi uiri nõ humanis: ſed caninis uultibus ſuper alatas glandes pugna-
bant. Dicebãt autem ab ipſis hoſtibus: & alia auxilia defeciſſe a lacteo or-
be emittenda: fundam mittẽtes. ſ. ac nubecentauri: ſed hi diiudicato iam
ꝑlio (utinam minime) aduenerunt. Qui uero funda mittebant: omnino
nõ aduenerunt. Quare iratũ Phæthonta tradunt: in poſteꝝ oẽm illorum
finitimã ſibi regionem igne uaſtaſſe. Et is quidem Phæthontis exercitus
erat. Poſtq̃ uero ſigna erecta ſũt: & aſſelli ruditu undiq; conſtrepuere. (Nã
his tubarum loco utuntur) cõmittentes ꝑlium pugnabant: & ſolarium q-
dem leuum cõfeſtim fugit. Neq; enim ſuferre ualuit inſtantes equogry-
phos: noſq; inſequebamur cædẽtes: dextrum aũt illoꝝ cornu ſuperius eua
debat: noſtro: quod in leua erat: ꝓpulſato. Exeuntes autem æroculices inſe
quabant uſq; ad peditatũ hinc auxiliãtibus illis: deſecerunt e regione decli
nãtes: idq; maxime ubi ſenſerũt ſuos: qui in leuo fuerãt: manifeſte deuictos.
Fuga uero inſigni facta: multi qdem capti: plurimi uero confecti occubue-
re: Iipſaſq; nubes ſanguis multus defluebat: ut madidæ roborẽ traherẽt.
Quales apud nos uidẽtur occidẽte ſole. Multus & in terrã decidit: ut pura
rẽt: talene aliqd olim cõtigiſſe: quũ Homerus ſuſpicatus fuerit. Iouẽ in ſar
pedonis morte ſanguineas guttas pluiſſe. Cõuerſi ãt a cæde duo trophæa
ſtatuimus. Vnũ qdẽ araneis: & pedeſtri pugnæ: alteꝝ ãt aereũ ſupra nubes.
His iãdudum exactis nũciatum eſt nubecentauros aduẽtare: & irrũpere:
quos phæthõti antea aduenisse oportuerat. Iiq; ubi aduenere: ſpectaculũ
ꝓbuere ĩſolitũ: & ĩexpectatũ: hoĩes erant alatis eqs cõmixti. Magnitudo q
dem hoſum quantũ rhodioꝝ coloſſus ex medietate ſupra: equoꝝ autẽ ſimi
lis talide onerariæ naui. Eqdẽ coꝝ numeꝝ nõ ſcripſi: ne cui incredibile id
fiat: tantus erat. Ducebãtur aũt a ſagittario: qui eſt in zodiaco. Vbi aũt ami
cos deuictos ſenſere: ad Phæthõtem qdem miſerunt iteꝝ remeare. Ipſi au-
tẽ in aciem inſtructi in lunares turbatos irruũt inordinatos qdem ob eã: quã
hoſtibus fecerãt: fugam: & iam ſpolia diuidentes: oẽmq; noſtroꝝ multitu-
dinẽ a tergo prementes fugant. Ipſum aũt regẽ inſequũtur uſq; ad ciuita-

tem:atq; ex illius alitibus conficiunt plurimas. Deiecerunt autem & tro-
phæa: ac oēm aranearum ītextū. Cāpum decurrere: neq; cæperunt & eo-
mitibus duos. Iā aūt & Phæthon aderat: & ſub illis trophæa alia ſtatue-
runt. Nos autem ad ſolē ducebamur: araneæ fragmento manibus poſt ter-
gum ligatis. Hi ciuitatem obſidere ignorabāt pœnitus. Cōuerſi ergo me-
dium aeris uallauerunt: ut de cætero ſplēdor de ſole ad lunā minus deſcen-
deret. Vallū autē erat murus duplex nubeus: ut neceſſario lunæ eclipſis fie-
ret: & iam cōtinua nox cuncta tenebat. Qua in repreſſus endymion mit-
tens deprecatus eſt: ædificiū demoliri: neq; eos deſpici in tenebris uictitan-
tes. Promiſit autē & tributa perſoluere: ſeq; auxiliarē: & amicum fore: neq;
in poſteꝝ bellari: inſuper & obſides offerebat. Phæthon uero: & qui apud
illū erāt: cōgregato bis concilio: primo qdem in ira pertinatius īfracti: im-
mobileſq; ſtetere: poſtremo reſpicere: & pacis conditiones admittere: ubi &
fœdera cōſcripſere. Solarii: & hoꝝ auxiliatores: ac ſocii: ad lunarios: eorūq;
auxiliatores: ac ſocios primū ſolarios demoliri murale: neq; in poſterū lu-
nā inuadere: ſtatutoq; precio captiuos reddere. lunarios autem dimittere
ſtellas liberas: arma qdeꝫ de cætero: ſolaribus non inferre. Viciſſim autem
auxiliari: ſiquis inuaſerit uectigaliū cōditionē: tribuere annuatim regē lu-
narioꝝ: amphoras roris decē milia: obſideſq; e ſuis dare decem milia. Colo-
niā in luciferum cōmunē fieri: & ex utriuſq; uolētē pticipare. Sculpiri autē
fœdera colūna electrina: erigiq; in medio aeris cōfinio. Qui uero pepigere
ex ſolarium qdem parte ignereus eſtiuus: & flameus lunariū autē noctur-
nus: lunatus: ac multilucus: & talis qdem pax ſecuta eſt: cōfeſtim muꝝ de-
moliri: & captiuos reſtituere. Vbi autē ad lunā ipſi regreſſi ſumus: obuia-
uauerunt nobis ſocii: & cū lachrymis ſalutauerunt nos: & endymion ipſe.
Atqui ſuadebat is quidē: nos ibi ſecū remanere: & ī colonia participare: da-
req; in uxorem mihi pollicebatur ſuā: quā habebat: prolem. Ego autē nulla-
tenus ſuadebar: ſed orabā demitti in mare. Qui ut īpoſſibile uidit: ſeptē cō-
uiuatus diebus: tandē dimiſit. Interea in luna uerſatus: quæ uiderim: quæ-
ue noua: & inaudita cognouerim dicam. Primū qdem eos non generari ex
mulieribus: ſed nec quid ſit fœmīa omnino ſcitur: nec maſculus. Coeūt āt
inuicem ſine ulla ſexus diſcretione: quū tñ utroq; utantur ſexu. Nā ad quin-
tū & uigeſimū uſq; annum oēs mulieꝝ habentur loco: eo autē ſupra nō ha-
bentur: ſed habent. Cōcipiūt non in uentre: ſed in cruriū poſteriori parte.
Vbi āt embrio conceperit: tumet crus: tandē ſuo tēpore præcidentes edu-
cunt mortua: tum eadē aduentū hiantia ꝓponētes mulcēt: & ad uitam
excitāt. Inde & mihi uidetur ad græcos illud de ſuroꝝ cōceptu prouerbiū
deueniſſe: ꝙ apud illos uentris loco ſura concipit. Maiora eorum enarra-
bo. Genus hominum apud illos eſt: qui dicuntur arborei: idq; tali ordine
naſcitur. Teſticulum hominis prædicantes in terram plātantiuꝫ more de-
fodiunt. Inde autē exoritur arbor carnea maxima: ut phallus. Ramos q-
dem habet & frōdes: fructus aūt cubitales glādes. Vbi aūt eæ maturæ fue-

tis circũſculpentes in homines effingũt. Pudenda q̃dem habẽt poſititia:
aliqui quidẽ eburnea: pauperes aũt lignea: q̃bus coeant. Poſtq̃ autẽ ſenue-
rit: qs nõ moritur: ſed ut fumus ſolutus in aerẽ euaneſcit. Cibus eſt oĩbus
unus: facto & enim igne: ranas aſſat ſuper prunas. Multæ apud illos ſunt ra
næ ꝑ aera circũuolantes. His aũt aſſatis circũſidũt: ut ad mẽſam: trahũtq;
ad ſenſus aſcendentem ex illis fumũ: ac comedunt: & cibo q̃dem tali alun-
tur. Potus aũt illis eſt aer expreſſus in calicem: liquorẽ in ſe ut rorem ſum-
mens: ii non egerunt: neq; mingunt. Sed ex illis neq; duabus his neceſſita
tibus ea in parte: ut nobis natura ſatiſfecit: utpote circa poplitem connu-
bia qui conſumant: quando quidem eo in loco concipiens eſt ſexus. Pul-
cher apud illos putat̃ caluus quis & ſine coma: comatos aũt oderũt. Apud
eos uero: q̃ cometas inhabitant ſtellas. comati formoſi habentur. Adue-
nerunt enim quidam: qui nobis illorũ mores narrauerunt. Barbam aũt ad
genua paulominus emittunt: & pedibus quidem ungues non habent: ſed
monodigiti omnes. In ſpeciem caudæ ramus quidã in longum emittitur:
continuo germinans: qui & reſupino cadente non frangit̃. Diſtillant item
& mel pinguiſſimum: quiq; ſi quãdo uel labori inſudãt: uel luctant̃: corpus
lacte deliniunt: ut & caſeus coagulet̃ melle paululũ diſtillãte. Oleum autem
e cœpis educũt: maxime pingue: ac redolẽs: ut unguentũ. Vineas habent
plurimas & diuerſas: ubi & uuarũ racemi: ut grandinis grana ſunt: & mihi
quidẽ uidet̃: ubi uentus inciderit: uites illas q̃tere: fractiſq; tunc uuis grã
dinẽ huc ad nos dimitti. Ventre ut ſacculo utuntur: in eũ quantũ cupiũt
imittentes. Apertus & enĩ uenter eſt illis: & iterũ clauſus ĩtroq; neq; inteſti
num ullũ: aut epar apparet: uel id ſolũ. Nã dẽſus eſt intus: & obſitus: ita ut
& paruuli: ubi algore frigent: in eũ ſubeãt. Amictus ãt diuitibus q̃dem ui
treus: & mollis: cæteris æreus cõtextus. Nã ſunt minerea loca: & metallorũ
fœcũda: iiq; aq̃ ſuper fundentes: metalla ut lanã exercent. Quales aũt ha-
beant oculos omnino non auſim ſcribere: ne forte me quis mentiri putet ob
ſermonis incredibilitatẽ: tamen & id quidem dicã. Oculos circunexactos
habẽt: & cupiẽs accipit: ac cuſtodit quo ad rurſus uidet̃ ĩdigeat: itaq; appo
nẽs uidet. Et multi quidẽ caſu proprios amittentes. ab aliis mutuant̃: & ui
dent. Sunt & locupletes qui plures habent oculos: occultos quidem: & re-
poſitos. Aures illis ſunt platani folia: præter eos: qui ex glandibus formã-
tur: illi etenim. ſolum ligneas habent aures Cæterum & mirabile aliud in
regia conſpicatus ſum. Speculum maximum ſupra puteum adiacens: non
adeo altum. Hunc in puteũ ſiquis deſcẽderit: cuncta audiet: quę apud nos
in terra loquuntur. Si uero ſpeculum intueris: omnes quidem urbes om-
neſq; gentes uides: non ſecus quã ſi omnibus adeſſes. Tunc & ipſe meos
uidi: & patriam omnem: an uero & illi me uiderint: ſatis exploratum nõ ha
beo. Quod ſi forte quis erit incredulus: neq; his credendum putet: quũ eo
peruenerit: ſciet me uera dixiſſe. Tunc ſalutantes regem: & qui circa illum
erant: nauem aſcendentes ferebamur. Abeũti autem mihi dona dedit en-

dymion:ueſtes quidem uitreas duas:aereas autẽ quinq; lupinea mq; arma
turã omnem:quæ in poſterũ cuncta in ceto amiſi. Miſit & nobiſcum equo-
gryphos mille ſtadiis quingentis. Nauigantes autem circa terram illã ali-
as prouincias plurimas dimiſimus præter labentes. Peruenimus & ad luci
ferum nuper inhabitatũ:ubi deſcendẽtes aquas hauſimus. Hinc zodiacũ in
troeuntes:ad leuam quidem ſolem pt̃ergrediebamur:circa illius terræ mar
ginem ſubnauigantes. Neq; enim deſcendimus:& quidem ſociis id ſumme
cupientibus:erat enim uentus qui nos a terra propelleret obuiam tamẽ ſu-
mus p̃uinciam fœcundã:ac pinguẽ:optimarũ aquarũ: ac bonorum mul-
torũ plenam. Atqui nubecentauri:hi ſcilicet:qui phæthontis ſtipendia acci
piunt:ſpeculati nos longe:ac delapſi uolauerunt in nauem:quiq; ſocios eſſe
conſpicati:otius abiere:tamẽ enim:& equogryphis uale feceramus. Naui-
gantes autem ſuccedentẽ:ac diem delati uerſus occidẽtem peruenimus ad
lucernarum urbem (ſic enim illam uocant) iã iter noſtrũ ad inferiora ſecan-
tes. Hæc autem ciuitas inter pleiades: ac hyades ſtellas ſita eſt: zodiaco-
que multo inferior. Deſcendentes autem neminem quidem inuenimus:
lucernas uero multas decurrentes: & in foro: & ſecus portum deambulan
tes: aliquas quidem paruas: & ut egenas: ex magnis autem: ac potẽtibus
paucas:& has ualde illuſtres:ac nobiles. Domus illis & lychnaria ſeorſum
unicuiq; fiebant:nomineq; appellabantur:ut homines:& uocem emittẽtes
audiebamus:neq; nocebant:magis autẽ uolebãt & hoſpicio ſuſcipere. Nos
tamẽ formidare:nec noſtrũ uel unus apud illos cœnare eſt auſus. Principa-
tus autẽ illis media in ciuitate celebrat:hic per omnem noctẽ eaꝝ ſedet pri
ceps:nomine unamquãq; cõpellãs. Quecũq; uero nõ paret: cõdemnatur ad
mortẽ:ut trãſfuga:mors autẽ eſt extingui. Aſtantes autem nos cõſideraba
mus ꝗ fiebant:ſimulq; lucernas reſpõdẽtes audiebamus: cauſaſq; quo iure
tardauerãt:dicentes. Hic & lucernã noſtram cognoui: interrogansq; exige-
bam:qui domi ſunt:quomodo ſe haberent: ea aũt mihi illa oĩa enarrauit:
& noctem quidem illã ibi mãſimus. Sequenti uero ſecedentes:iam ſecus nu
bes nauigabamus. Hic & coccygiam uidimus nubium urbem: uidenteſ-
que admirati ſumus:neque in eam deſcendimus: non enim permittebant
flatus. Regnare autem ibi dicebant coronam corſophioni. Tum ego ari-
ſtophanis poetæ recordatus ſum:hominis quidem ſapientis:& ueri: ac in
his:quæ ſcripſit:fruſtra nõ creditus. Tertia autem ab hac die: & oceanum
iam manifeſta uidebamus: terram autẽ nuſquam præter æreas illas:& ip
ſæ quidem igneæ:& micantes mihi:ut per phantaſiam uidebantur. Quar
ta autem die circa meridiem molliter aſpirante aura:& ſubſidente:in mare
depoſuimus. Vt uero aquam attigimus:mire ac ſupra modum æstati fui-
mus: omneq; gaudium ex præſentibus faciebamus: & deſcentes nata-
bamus:contigit enim pacatum:& quietum eſſe pelagus. Sed ut uidet ſæpe
numero mutatio in melius:maiorum malorum conſueuit eſſe principium.
Et enim nobis duos tantum dies fœliciter nauigantibus:illucẽte tertia ad

orientem ſolẽ repente beſtias uidemus:& cetos:& alia quidem multa. Vnũ autẽ omnium maximũ:& quingentorũ milium ſtadiorũ magnitudine:adueniebat hians:& maris multum turbans:ſpumaq; undiq; circunfuſus. Dẽtes habẽs his:q apud nos ſunt fellis multo altiores: acuti oẽs: ut ſpinæ : ac ebore cãdidiores. Nos igiť quũ poſtremo nos inuicẽ ſalutaſſemus:& amplexi eſſemus:pſtolabamur. Is ãt iã aderat:q ut nos abſorbuit:cũ ipſa naui debibit. Non quidem contigit in dentes offendere:ſed per eorũ raritatem nauis inducta intro concidit. Vbi autẽ intus couoluti fuimus : primo quidẽ tenebræ erant:& uidebamus prorſus nihil. Tandem eo hiante uidemus cætum magnũ:& omnino altum & latum:capacem quidem :ac decem milium hoium ciuitati ſimilẽ. Erant pterea in ipſo aditu & parui piſces:& aliꝗ quidem beſtiæ conciſæ multæ:nauiumq; uela:& ancoræ:& hominum oſſa: & onera. Circa medium uero & terra:& colles erant:ut coniitio:ex ea quã cõbiberat craſſitudine accumulati. Igitur & ſylua ĩ his erat:& arbores omnigenæ: oleraq;: ac cũcta cultiuatis agris ſimilia:circuitus autem terræ ſtadii ducẽti:& ꝗdragita. Erat autẽ uidere & marinas aues:laros :& alcyonas ĩ arboribus nidificãtes. Tũc uero plurimũ lachrymati fuimus. Deniq; ſub leuãtes cõites nauẽ ereximus:ipſiq; e ſilicibus excitãtes ignẽ : & accedẽtes: cœnã ex his; q̃ aderant:fecimus. Aderãt.n.oĩgenũ piſciũ carnes:aq̃q; lucifero etiã habuimus. Sequẽti uero exurgẽtes die:ſi quando hiaſſet cetus:ſæpe quidem montes uidebamus quandoq; ſolum cælum:quandoq; inſulas: nam ſentiebamus eum concite ferri ad omnem pelagi partem. Poſtquam autem manſione iam aſſueti eramus. accipiens e comitibus ſeptem deambulabam per ſyluam:cuncta luſtrare:ac explorare uolens. Necdum quinq; ſtadiis procul inueni ſacellum quoddam neptuni: ceu epigrammate apparebat. Non poſtea multum:& ſepulchra:& columnas deſuper uenimus:iuxtaq; fontem elucentis aquæ.& caunis etiam latratum audimus:longeq; apparebat fumus:& tuguriis quædam ſimillima. Studio autem accedentes: offendimus ſenem:& adoleſcentem ſedule:ac diligenter ſulculos quoſdam facientes:ac per eos aquam de fontibus diffundentes. Leti ſimul:ac timentes conſtitimus:& illi quidem idem:& nobis ſimile merito paſſi : ſine uoce ſtetere. Poſt uero multum temporis:qui uos eſtis aduenæ:inqt ſenex : utrũne ex marinis eſtis diis : an uero ĩfœlices hoies nobis ſimiles? Et enim nos homines:& in terra nutriti: æquorei nunc ſumus : tenemurque hac beſtia circunclusi:neque quæ patimur ſatis nomuimus : mori quidẽ uidemur uiuere autem credimus. Ad hæc & nos homines in quã ſumus o pater ipſa cum naui nup abſorpti. Acceſſimus ãt nunc uidi ſcire: quæ in ſylua ſunt: quõ ſe habeant: multa enim nobis:& denſa uiſa eſt. Deus aũt ut uideť nos duxit.te.ſ.ut uideremus: ſciremuſq; nos in hac beſtia ĩcluſos eſſe : nõ ſolos. Sed diſſere nobis tuã ipſe fortunã:quiſq; es; & unde huc ĩtroieris. Is autẽ inqt non dicã : neq; quæ apud me ſunt ſcietis ni primũ hoſpitio recepti ex pſẽtibus bonis:me dãte:accipietis:ſimulq; manus accipiens nos du

xit ĩ domũ. Parauit confeſtim & abunde: cũ ſubſellia ponẽs aliaq; extruẽs:
olera nobis: & cepas appoſuit: & piſces: uinũq; etiam expediuit. Vbi uero
uentri pro menſura ſatiſfecimus: exigebat a nobis quæ paſſi ſumus ſenex.
Tum ego incipiens cuncta illi ordine enarraui hyemẽ illã: & nobis quæ in
ĩſula cõtigerant: tum aereã nauigationẽ: & prælium: cæteraq; uſq; ad ceti
abſorptũ. Is uero ſupra modũ admiratus: & ipſe ex parte quæ circa eum fue
rant enarrabant dicẽs. Genere qdem ſum cyprius o hoſpes egreſſus autẽ
e patria ad mercaturã cũ filio: quem uidetis. aliiſq; meis familiaribus mul-
tis nauigabã in italiã: naui qdem magna: ac uariis mercibus onuſta: quã
forte in ore ceti diſſolutã uidiſtis. Igiť ĩ ſiciliã uſq; feliciter nauigauimus. In
de uiolento flatu ablati tertiam poſt diẽ in oceanũ delati fuimus. hic in
cetũ incidentes: & ipſa cũ naui ac comitibus abſorpti: cæteris moriẽtibus
duo nos euaſimus. Tumulãtes aũt illos tẽplum neptuno ereximus: in po
ſterum eã: quã uidetis: degẽtes uitã. Olera qdem ex orto habemus: ueſci-
mur ex inde piſcibus ac cepis. Multa autem: ut uidetis eſt ſylua: & ſane ui
neas habet plures: e qbus nobis uinum exoritur dulciſſimũ: fontemq; non
minus optima: ac frigidiſſima aqua. Lectulũ aũt ſubſternimus e frõdibus:
ignẽq; ſuccendimus copioſe aduolãteſq; uolucres aucupio deprehendius:
piſcamur & uiuẽtes piſces ad raucũ beſtiæ guttur exeũtes. Hic & abluimur
ſi qñ cupimus: & enĩ ſtagnũ eſt non lõge ſtadiorum uiginti circunferẽtia:
qdcunq; in ſe piſciũ genus habens: in quo & namus: & nauigamus parua
in cimba: quã ipſe cõpegi. Annos aũt a ceti abſorptu ſeptẽ & uiginti con-
numerauimus: & alia qdẽ æque ferre poſſemus: ſed incolis nobis uicinis
ualde malis: & oneroſis offẽdimur: ĩmitibuſq; & acerbis. Pape inq̃ ego &
alii qdam ſunt in ceto? multi qdem inqt: & ĩmanſueti: ac uiſu deformes.
Nã occidentalẽ ĩprimis ſyluæ partẽ: tarichanes inhabitant: gens oculis q-
dem anguillinis: & ĩ facie gãbarea: bellatrix: furibũda: ac mordax: aliã quæ
ad dextrũ deduciť latus: tritonomẽdites tenent: ſuperioribus quidem par-
tibus hoĩbus ſimiles: murilegis uero ĩferioribus: ſiquidẽ aliis minus ĩmi-
tes ſunt: ad leuã uero carcinochires: & thynocefali fœdera adinuicem: &
auxilia habentes. Mediterraneã deniq; paguradæ: ac pſittopodes: genus
bellicũ: ac curſatile. Quæ ad oriẽtẽ ipm: ſcilicet beſtiæ os uergunt: deſerta
ut plurimũ ſunt: & a mari ſtagnantia: tñ & hæc ego teneo: uectigal pſitto-
podis exſoluens annis ſingulis oſtreas qngentas: & ea qdem prouincia ta
lis eſt. Vos autẽ proſpicere oportet: quõ poſſimus tot cũ gentibus ꝑliari:
& quo iure uiuere. Quot inquã ego oẽs hi? Plures inqt mille: armis aũt
qbus utũtur: nullius inqt niſi piſciũ oſſibus. Igitur inq̃ ego feliciter dimi-
cabimus: ſi nos his bello cõgrediamur: ut pote qui armati cum hi inermes
ſunt. Idq; factũ bene: ſi enĩ ſuperabimus: cæterã ſine timore trahemus ui-
tã. Quæ ut ꝓbauimus abeuntes ad nauẽ accingebamur. Belli aũt ratio fu-
tura erat: tributi nõ datio: iam pacto tẽpore ĩminente. Et illi qdem miſere
tributũ poſtulantes: is uero ſuꝑbe reſpõdens nũcios effugauit. Primi igi-

tur. Pſittopodes & paguradæ ſcintharo ſic enim uocabatur; indignati cũ tumultu ĩuaſerũt. Nos uero agreſſum p̃uidentes ſtetimus armati inſidias ſtatuẽtes hoſtium quinq; & uiginti. Præceptũ aũt erat his:ubi pretergreſſos inimicos uidiſſet inſurgere:qđ & p̃fecere. Nã iſurgentes a tergo cedebant illos: nos uero & ipſi uiginti q̃nq;(ſi qdem ſcintharus: eiuſq; filius comili/tabãt) obuiauimus: cõmittenteſq; manũ ira & fortitudine pিcitabamur. Deniq; uertẽtes eos in fugam: ad ſuas uſq; latebras inſecuti ſumus. Cæſi aũt ex hoſtibus ſunt hoĩes nonaginta e noſtris uero unus:q & gubernator tergum ſardinula piſce perfoſſus. Die quidem illa:& nocte bellico pſtrepui mus ſono: tropheumque ſtatuimus aridum delphini tergum inſigentes. Sequenti uero die aderãt & alii:quæ facta fuerant ſentiẽtes. Dextrũ qdem cornu tarichanes:quos & pelamus ductitabat: leuum Thinocephali :me/diũ carciochires tenebãt:nã ea gens:q̃ tritonomẽdetẽ dicebãt qeſcebat:neq; ſociis ſuffragia afferr̃ uoluit. Nos uero cõgreſſi apud neptuniũ tẽplũ obuia uimus:manũq; cõſeruimus:multo clamore uſi reſonabat autẽ cet9:ut ex uo cibus antra ſolent. Hos itẽ a tergo inſecuti fugauimus in ſyluã:reliquũ ter ræ tenentes:neque poſt multum nuncios mittentes:ſuſtulerunt ſuos in bel lo mortuos:fœdera:& amicitias poſtulãtes. Nobis uero de amicitia uel fœ/dere non eſt uiſum:ſed poſtera die concedentes ad eos: pene omnes cæcidi mus: præter tritonomendetes. Siquidem ii ut uidere quę contigerant:præ uenientes ad ceti reucalia loca exitumq; inde nacti deſiliere in mare. Igitur prouinciã circumeuntes iam oſtibus uacuam de cætero abſque timore ha/bitabamus:paleſtris:aliiſq;:gymnaſiis plurimum:ac uenationibus dediti. Quandoq; uitieis exercentes eramus:aut ex arboribus poma legentes: & omnino his ſimiles:qui in maximo:& ineuitabili carcere concluſi conuiuãt & gaudent Annum & menſes octo ibi exegimus Nono autem menſe: quũ beſtia ad tertium eſſet oris hiatum(tunc enim id ſemel quolibet anni tẽpo/re faciebat:ita ut nos coniectura aſſequeremur. quattuor ea eſſe anni tempo ra)Ad tertium igit̃ (ut prediximus) oris hiatum: confeſtim uocem ac tu/multum audiebamus:ut nautarum præcipientiũ:ac remigantium. Turba ti igitur ad ipſum beſtiæ os aſcendimus: ſtanteſque intra dentes inſpiciebã mus omnium:quæ ipſe uideram in auditũ miraculum. Homines magnos dimidii ſtadii ſtatura. magnis inſulis non ſecus quã triremibus nauigan/tes. Vidi equidem incredibilibus ſimillima:ſcribo:dicãtamen. Inſulæ erãt in longum porrectæ ardue non multum:quæq; quantum ſtadiorum centũ circunferentia centumque in ſe habens:ac uiginti ſemiſtadios nautas ho/rum aliqui utrinque inſulæ lateribus inſidentes:ordine remigabant:cypiſ/ſis magnis ipſis cum ramis:ac frondibus tanquam remiis. Pone autem ad ipſam puppem uidebatur gubernator:ut in colle quodã ſublimi:æreum re/gens gubernaculum: longitudine ſtadiorum quinque. Ad proram ue/ro ex his bellatores fere quadraginta armati pugnabant: hominibus: præter comam:omnino ſimiles. Ipſa enim coma ignis erat:& ardebat:ut

galearum uſu non ſane profeciſſent. Pro uelis uero uentus in ſyluam inci-
dens quæ plurima cuique inerat ſinuabat inſulam:& deferebat: quo guber-
nator ipſe cupiebat. Erãt & in his præfecti ad remigium incitãtes: ac ocius
mouentes: quemadmodum in longis nauibus conſueuerunt. Primum igi-
tur duas uidebamus: aut tres: poſtremo: ut ſex cænte apparuere: ſtanteſque
ſeorſum committebant prælium: ac pugnabant. Multe quidem aduerſus ſe-
ſe urgentes prouis diſſipari mutuo: multæque impulſu obrui. Aliæ poten-
ter quidem connexe certabant: neque facile abinuicẽ ſoluebantur. Qui ue
ro ad proram ſortiti pugnabant: omnem oſtendebant induſtriam: conſcen-
dentes & mactantes: neminem autem captiuantes: pro ferreis autem ro-
ſtris ſolpos magnos inuicẽ cõnexos iaciebãt: q & ſyluis complicati tenebãt
ĩſulas. Iaciebant etiã: ac cedebãt oſtreis: quoꝝ unũ uix currũ ĩpleat: & ſpon-
giis iugereis. Hos autẽ ducebat colocẽtaurus illos palagopotes. Pugna-
re autem ipſis: ut uidebaẗ: cõtigit prædę gratia: & enĩ dicebatur pelagopo
tes multos. Eolocentauri delphinorũ greges ſurripuiſſe: ut erat audire: uo-
cãtibus illis uiciſſim: & regum nomina cõclamãtibus. Deniq; ſupererãt q
ex colocentauro: & hoſtium inſulas ſubruunt centum circiter & quadragi-
ta: treſq; ipſis una cũ hominibus capiunẗ: cæteræ uero puppẽ uertẽtes eua-
ſere. Sane ii ꝑpaulũ poſt illos ĩſecuti: ueſpere facto: ad naufragia cõuerſi: plu
rima obtinuere: ſuaq; excepere. Etenim ĩſule non minus octuaginta ſubrue-
rant. Statuerũt autẽ trophæum non nauallis: ſed inſularis pugnæ: in capite
ceti unã ex hoſtiũ inſulis ſuſpendentes. Nocte qdem illa circa beſtiam com
morati ſunt: retinacula ad illam alligantes: & ancoris iacientes. Nam utebã
tur ancoris magnis uitreis fortiſſimis. Poſtera autem die ſupra ceti tergum
litantes: ſuoſq; ibi tumulantes abiere læti: & ut pæana cauẽtes. Hæc qdem
quæ in inſulari pugna geſta ſunt.

Secundus.

INterea non iam ferens ego meam in ceto morã: manſioniſq; illius
tædio affectus: quærebam quanã ĩde arte nobis pateret exitus. Et
primum qdem nõ ĩutile uiſum ad dextrum latus fodere: perq; de-
foſſum foramen tentare fugam: incipiẽtes igitur pręcidebamus:
Vbi uero ĩcũbẽtes quãtũ quinq; ſtadia effodimus: nihil proficiẽtes ab ope
re deſtitimus. Tum: ſyluam ex uere ducebamus: fore q; cetum moriturum
qđ ſi fieret: facile licere egredi. Igiẗ ab ultima caudæ regione incipientes cũ
burebamus: & dies qdem ſeptem: ac totidem noctes a calore inſenſibilem ſe
beſtia præbuit. Porro octaua: ac nona intelleximus priſtino illũ robore non
teneri: quum hiabat nõ ſolita cũ uehemẽtia: cũ neq; hiatum ſuſpendebat
ac protrahebat: ſed confeſtim ſubſidebat. Decima autem & undecima mori
uidebaẗ: deformiſq; erat ac maleolens. Ad duodecima uix excogitauimus
piclitari nos: & in cadauere concludi: inhiãte ceto: cuneos ſubmitteremus:
quo pãſæ fauces in poſterum nõ cõiuerent. Itaq; maximis trabibꝰ illius eri-
gentes ora nauẽ parabamus: aquæ plurimum inferentes: & ad neceſſitatem
cætera gubernator futurus erat ſcintarus. Poſtera quidem die iam ille mor

tuus erat. Nos uero attrahentes nauem: & per raritatem dentium educen tes: ac explicantes leniter in mare demiſſimus. Aſcendentes autem in dorſum apud inſulare trophæum neptuno inmolauimus: ibique tribus diebus manſimus (erat enim tranquillitas). quanta uero nauigantes abſiſſimus. Hinc nos multis ex inſulari pugna cadaueribus obuiauimus: & applicantes corpora dimenſi mirabamur. Diebus autem quibuſdam nauigauimus multa aeris temperie uſi: tandem uiolento ſe immittente borea frigus magnum ſecutum eſt ſub eoque totum glacie aſtrictum eſt pelagus: non modo in ſuperficie. ſed & in profundum: & alte: quantum paſſus trecenti: ut deſcendentes ſuper glaciem curſaremus. Quom autem uentus acrius increbreſceret: noſque ſui uehementiā non toleraremus: tale quiddam facimus. Qui uero in ea re ſententiam dicebat erat ſantitharus. Igitur in aquam ſpecu maximum fodientes eo latitauimus diebus triginta: ignem excitantes: ac nutrientes ueſcebamur piſcibus: ſiquidē fodiendo plurimos inueniebamus. Vbi uero quæ ad commeatum fuerant defecere: egreſſi infixam nauem euulſimus: denteſque uelum trahebamus: ut nauigantes: moliter ac leniter per glaciem delapſi. Quinta autem die tepidiori aura inſpirante omne gelu defluxerat: iterumque fluctus ſucceſſere glacie penitus ſoluta. Iam uero & ſtadia tercentum exegeramus: quum ad inſulam delati non adeo magnam: & eam deſertam aquas hauſimus (iam enim defecerant) tauroſq; ſylueſtres ibi duos arcu confecimus: Ipſi autē tauri cornua nō in fronte: ſed in ipſis habebant oculis. ut momo placuit. Poſt nō multum in pelagus deuenimus: nō iam aqueum: ſed lacteum: & in eo inſula apparebat alba referta uitibus: erat autem inſula caſeus maximus coagulatus: quēadmodum poſtea comedentes didicimus. eius autem circunferentia ſtadiorum uigintiquinque. ipſe autem uites uuis plenæ: quas cōterentes lac: non quidem uinum bibimus Templum autem in media erat inſula galateæ nerei ſacrum: ſicut oſtēdebat epigrāma. Quoad igitur in īſula cōſedimus: eſca quidem nobis ac cibus terra fuit. lac autē ex uuis potus. Regnare autē in regionibus his dicebatur tyrona ſalmonei cum a neptuno honorem accipiens exactis autem in inſula diebus quinq; ſexta egreſſi ſumus portu: pacato pelago: ac aura quadam impellente Porro octaua die nauigantes lacteum exceſſimus interumque ſalſum: ac ceruleū inſecantes: uidemus homines moltos ſupra mare decurrentes: omnino nobis ſimiles & corporibus & magnitudine præter ſolos pedes: ſiquidem hos ſuberinos habuerunt. Quare (uti exiſtimo) & phellopodes appellati ſunt. Mirabamur autem uidentes nullatenus demergi: ſed fluctibus ſuper extare: intrepideque incedere. Qui & accedentes ſalutarunt nos græca uoce: dicebant autem in phellonam eorꝫ patriam properare. Commeabant igit̄ nobiſcum præcurrentes certo uiarꝫ ſpatio: poſtea conuerſi ab itinere abibant fœlicem nobis nauigationem orantes. Poſtmodum autē nō multo exacto tempore & inſulæ multæ apparuere. Prope quidem a leua phellona: ad q̄ illi prope

rabant:ubi & ciuitas ſuper magno ſubere habitabatur. Longe autẽ & ad dextram magis: quinq; maximę inſulæ:& eminentes: ignisq; ab eis aſcẽdebat multus. Per prorã autẽ una lata & humilis: diſtans ſtadiis non minus quingentis. Iam ꝓpe aderamus: & mirabilis quædam aura ad nos penetrauit dulcis:& odorifera:qualẽ hiſtoricus herodotus a felici arabia ſpirare dicit:aut tale nobis dulce afflauit qle a roſis narciſſis:hyacinthis: liliis:uiolis:myrto:uel lauro:redolere cõſueuit. Odore igitur læti:bonumq; aliquod lõgis ex laboribus pręſumẽtes:iam inſulam bræui ſpatio propinquã ſpectabamus. Hic & portus uidemus plurimos trãquillos: & magnos nitentiaq; flumina leniter in mare prorumpere: prataq; & ſyluas:& canoras aues aliqs qdem:per littus canentes:multas autẽ ſuper ramos. Aer autẽ leuis: ac placide ſpirans e regione circunfundebatur: & alacres quædam auræ ſpirantes leniter ſyluam mouebant: eoq; motu lætum:ac continuum quoddam modulamen ſibilabat:ſimile oblique fiſtulæ in deſertis locis modulanti. Audiebatur tamẽ uirum clamor.& applauſus:ut commixte multitudinis nõ tumultuaris: ſed qlis ĩ cõuiuio qbuſdã qdẽ ſonãtibus:aliis ãt exultãtibus:ſimul ac fiſtula:uel cithara modulãtibus. His illecti deferebamur ĩ portum:egreſſiq; nauem ſcintharum in ea:& ex ſociis duos dimiſimus. Procedentes autem per:florẽs quoddam pratum in cuſtodes inicidimus:ac miniſtros qui nos roſeis uinculis uincientes (id enim apud eos maximũ eſt uinculum) ad principem adduxere:a qbus & per uiam intelleximus eã eſſe beatorum inſulam:regnareq; in ea creticum rhadamãthẽ: ad quẽ ubi adducti fuimus:ſtetimus in ordine iudicandorũ quarto in loco. Erat aũt prima cauſa de aiace talamonio:an illi in heroũ numero eẽ:liceat.an uero nõ:accuſabatur aũt q; furiis actus ſeipſum necauerit. Deniq; multo prius habito:ſermone uiſum eſt rhadamanti tradere eum ipocrati coo medico helleborũ bibiturum:indeq; iam melius ſapientem in heroum conſeſſum recipi. Secunda autem cauſa amoris erat theſei;ſcilicet ac menelai pro helena certãtium: cuinam illa cohabitare debeat. Et Rhadamas qdem cum menelao iudicauit:qui & coniugii huius gratia tantis olim laboribus ſeſe ſubiecerit: periculiſq;. Et enim theſeo ipſi alias eſſe mulieres.amazonem ſcilicet ac minois filias. Tertia uero de primo accubitu alexandro ſcilicet philippi filio & hanibali carthaginenſi: iudicatumque eſt alexandrum pręcedere: eiq; ſedes poſita eſt apud cyrum perſem primum. In quartam autem cauſam nos adducti ſumus:& is qdem interrogauit:quidnam paſſi eſſemus:q; iam uiuentes ad ſacrum illum coetũ deuenimus. Nos autẽ ex ordine cũcta illi enarrauimus:tum nobis paululum e loco ſummotis:diu in cauſa penſitabat:eamq; communicabat ſociis ſecum aſſidentibus. Conſederant autem cum eo & alii quidam multi:tum & ante alios athenienſis ariſtides cognomento iuſtus:cui:ut placuit: decreuere:ut daremus pœnas curioſitatis: & eius q; in populo uerſati eſſemus:quãdocũq; fuiſſemus extincti:quum moriremur ſubire & nos debere iudicium. Nunc uero prætaxato tempore licere nobis in

inſula apud heroas uerſari:indeq; abire.Preſcripſere & receſſus terminum
non amplius quam menſes ſeptem. Tum florũ uinculis : quibus paulo an
te nos deuinxerant: ſoluebamur : ac in urbem adducebamur : ad beato-
rum conuiuium.Ipſa quidem ciuitas omnis aurea . Murus autem ſmarag-
do lapide conſtructus . Porro huius portæ ſeptem ſunt:ſimplices quidem:
monoligneæ cinamomeæ . Pauimẽtum uero ciuitatis & intra mœnia ter-
ra eburnea . omnium deorum tẽpla berylo lapide cõſtructa:& altaria in eis
maxima uno e ſimplici lapide ametyſto:ubi & diis imolant . Per ciuitatem
uero fluuius defluit unguento optimo huiuſq; latitudo regalium cubitoꝝ
cẽtum:altitudo:ut cõmode nare poſſes.Porro ipſis balnea:domus magnæ
ſunt uitreę:cinamomo ſuccẽſæ.Pro aqua ros tepidus in ænis uerſat᷑. Vtun
tur aũt ueſtibus purpureis:tenuiſſimis:ut araneæ filis cõtextis . Ii corpora
nõ habẽt:& ĩpalpabiles ſunt abſq; carne.Formam autẽ & effigiem ſolã ha-
bent:ac oſtendunt.In corpore tamen quum ſint:ſtant mouent᷑ : intelligũt:
uocemq; emittunt:omninoq; ſimilis uidetur eorũ anima:ut nuda quædã fi
gura corporis ſimilitudine circundata.Si quis autem non tetigerit:nõ cre
det quod uidetur non eſſe corpus.ſunt enĩ ut umbræ rectæ nõ nigræ. ſene-
ſcit nemo:ſed ea ætate:qua ſe eo contulit permanet. Deniq; hic nuſquã eſt
nox:neq; dies clariſſima:ſed quale crepuſculum eſſe ſolet:iam aurora apparẽ
te ante orientem ſolem:talis lux terram habet:quare & unum ſolum ãni tẽ
pus nouere.ſemper enim uer eſt unuſq; uẽtus ſpirat zephyrus. At quidem
locus cunctis quidem floribus:manſuetis plantis:& umbroſis uiret . Quæ
illic ſunt uineæ:duodecies annis ſingulis florẽt:duodecieſq; uuas reddũt.
mala uero granata ac mela:cęteraq; poma terdecies dicebãt . Siquidem lu
næ ut uidetur curſu germinant:annoq; in tredecim lunas diuiſo: terdecies
põa reddũt:pro frumẽto uero ſpicę in ſũmitate paratũ panẽ emittũt:ut fun
gos eſſe uidemus.fontes ſunt per ciuitatem:aq̃ quidem q̃nq; & ſexagita ac
trecẽti:mellis aũt totidẽ unguẽti q̃ngenti:ueꝝ & hi minores ſunt:flumĩa la
ctis ſeptem: & uini octo. Conuiuium autem celebratur foris ciuitatem in
elyſio campo.Et enim paratum eſt pulcherrimum:& circa illud nemus om
ni arborum ſpetiæ cõſitum:umbram diſcumbentibus ex ſe proferens.ſtra-
tum autem ſubſternunt e floribus.Miniſtrant quidem:ac cuncta afferũt uẽ
ti præter uinũ miſcere:ſiquidem eo non indigent.Nam ad menſarum cir-
cuitum arbores ſunt uitreæ magnæ e micanti uitro.harum fructus calices
ſunt omni ſpecię operis:ac magnitudinis. Vbi autem quis ad conuiuium
acceſſerit:unũ uel ex calicibus duos uindemians menſis apponit:idq; con
feſtim replentur.Pro ſertis uero luſciniæ:muſiceq; uolucres cæterę:flores e
ꝓximis pratis ore legentes cũ cantu circa ac ſupra uolantes infra demittũt:
diſcumbentibus odorem ſuauiſſimum ingerentes.Cæterum denſę nubes
unguentum combibentes e fontibus ac flumine ſupraq; conuiuium ſparſæ
præmentibus uẽtis leniter:ut tenuiſſimum rorẽ diſtillant in conuiuio au-
tem muſicæ & cantilenis uacant. Cantant᷑ ãt in primis homeri uerſus ip-

ſeque homerus adeſt:iſque cum iis conuiuatur ſupra ulyſſem diſcumbeñs.
Igitur & choreæ ſunt e pueris ac uirginibus. ducunt autē choreas & conci-
nunt eunomus locrus:arion leſbius:& anachreon & ſteſichorus. Nam &
hunc apud eos uidi iam ipſi helena reconciliata. Vbi autem ii quieuerunt:
ſecundæ choreæ accedunt e cygnis philomenis: ac hirundibus. Poſt has
iam tota ſylua modulatur ducentibus uentis:idque maximum ad letitiam
habent fontes duo ſunt circa conuiuium: unus quidem riſus: alter au-
tem leticiæ:ac uoluptatis. Ex ambobus hi principio omnes bibunt: in cō
uiuio prius nihil omnino deguſtantes:deinde reliquū læti ac ridentes exi-
gunt. Volo ex inſignibus uiris quos apud eos uidi dicere. Omnes quidem
ſemideos:qui & ſubilio militauere: præter locrenſem aciem:illum ſolum di
cebant in impiorum loco mulctari. Barbarorum autem utrunq; cyrum:ſcy
tamq; anatharſim & thracem zamolxim numamq; italicum: necnon & la-
cedemonienſem ligurgum & photionem & tellum athenienſes: & præter
periandrū ſapientes omnes. Vidi ſocratem ſophroniſi cū neſtore & pala-
mede uerſari:circa quem hyacinthus lacædemōius & theſpiſeus narciſſus
& hylas: aliiq; boni. Videbātur autē ad hyacithū magis deflecti:idq; mul
tis argumentis. Dicebant autem rhadamantē ei iraſci:minariq; ſepenume
ro:uelleq; illum a ſacra inſula excludere:ſi ſtulte aliquid admitteret: neque
ommiſſa temeritate conuiuari uelit. Solus plato non aderat. ſed illū fictam
ab eo ciuitatem inhabitare dicebant utentem politia & legibus: quas ipſe
conſcripſit. Qui quidem circa ariſtippum & epicurum erant:primi apud
eos habebantur quum læti eſſent: & alacres & ad bibendum paratiſſimi.
aderat & æſopus phrygius:& quotquot ad riſum facile mouēt. Diogenes
qdem ſynopeus tantum a priſtina uita mutatus erat:ut coniugio meretri-
cem laidem acciperet: quique ſepe numero ab ebrietate ſurgens nutabat.
Stoicorum autem aderat nemo:adhuc enim aſcendere dicebantur erectū
uirtutis collem. Audiuimus & de chryſipo ſcilicet non primum illi licere in
inſulam aſcendere:in ſe prius expurget elleboro quater accepto. Academi-
cos dicebant uelle quidem uenire:continere ſe tamen: & conſiderare: neq;
adhuc comprehendere:an illa inſula talis ſit. Sed (ut coniector) rhadamā-
tis timuere iudicium. quoniam & ipſi iudicia demoliri conati ſunt. Ex ho
rum numero dicebant commotos eſſe multos: ut una cum his: qui ue-
niebant:& ipſi accederent:ſed ut degeneres defeciſſe in uia: timenteſq;:ne
forte comprehenderētur media ex uia repedaſſe. Ii quidem inter præſen-
tes digniſſimi erant:& in primo habebantur loco. Honorant autem achil
lem maxime:& poſt hunc theſeum. Quod uero ad coitū & uenerem perti-
net:commiſcentur mulieribus indiferenter pallam & cunctis ſpectantibus:
idq; nullatenus putatur turpe. Solus ſocrates iurat ſe eo mundum eſſe: &
quidem ſcientibus cunctis illum peieraſ:idq; ſepe numero narciſſus & hya
cinthus confitenť:ille autem negat. Feminę ſunt oībus cōmunes: nemoq;
complici inuidet: ſed ſunt in hoc uel maxime platonici: ipſeq; feminæ uo-

lentibus ſe exhibent minime reluctantes.Nundum duo aut tres dies exa/
cti erant.& accedens ego ad homerum poetam:quũ ambobus otium eſſet:
& alia quidem plura:tum & unde eſſet rogabã.Id enĩ dicens apud nos quæ
ri ſolere uſq; in noſtrum tẽpus. Is autẽ neq; ſe ignorare inquit: quoſdã eũ
chium:aliquos ſmyrneũ:multos phoceum autumaſſe. Eſſe autem ſe dixit
babylonium:& apud quidẽ multos non homerũ ſed tigranem nominatũ
eſſe. Poſtremo quũ apud græcos obſes haberetur denominationem priſti/
nam amiſiſſe. Cæterum carmina:quæ a multis reprobata ſunt:interroga/
bam:an ne ab eo conſcripta fuerint. Is autẽ cuncta ſua eſſe dicebat. Sperne
bam ego zenodotum & ariſtarchum grammaticos:illorũq; loquacitatem.
Vbi autem hic abunde mihi ſatiſfecit:iterum illum interrogabam: quare
ab achillis ira principium ſumpſerit. Sic enim inquit mihi in mentem ue/
nit:nihil ſolertius cogitanti. Tum & illud an illiadem poſt odiſſeam con//
ſcripſit:quod multi affirmare uolunt:is autem negauit:neq; unq̃ ſe cæcum
fuiſſe dicebat:quod de eo multi & affirmare uoluerunt:q autem cæcus nõ
fuerit ſtatim ſciui:uidebat.n.quare non erat opus ipſum percontari. Acce/
dens enĩ interrogabam:iſq; ex aduerſo prõpte:ac urbane reſpondebat:ma/
xime poſt cauſam:ubi uicit. Erat enĩ libellus conuitiorum quidã contra eũ
latus a therſite:q hunc in ſuo poemate ſpreuit gibbum. Vicitq; Homerus
uliſſe orante:& eius cauſam defendente. Poſt uero id tẽporis aduenit & py
thagoras ſamius ſepties mutatus:qui & in tot animalibus uixit:tunc enim
primũ animæ errores finiuit: iudicatumq; eſt recipi in ſacro cætu. Dubita/
bat autẽ adhuc:an ne pythagorã ſe:uel magis euphorbium appellaret. Em
pedocles quidem & ipſe uenit:ſed circumcoctus: ac totum corpus exau//
ſtus:non tamen receptus eſt:q̃q̃ id multis tum precibus poſtulaſſet: Proce
dente autem tempore ſtatuerunt agones:quos thanatuſia uocant. Certa/
uit achilles quinquies.theſeus ſepties:& alia quidem cuncta longũ eſſet cõ
memorare. Summã autem geſtorum ſcribam. Iterum uicit Cyrus: qui ab
hercule deducitur uliſſem pro corona decertans. Pugillaris æq̃lis fuit ario
egyptio:qui in Corintho ſepultus eſt:& epio mutuoſe urgentibus. Ludi au
tem:quẽ pancratium uocant.apud illos præmiũ non ponitur. Porro curſu
certantiũ non plane memini quis uicerit. Poetarum ſane(ut uerum fatear)
ſuperabat homerus:uicit heſiodus. Brauia oĩbus erant coronæ cõnexæ ex
pauonũ pẽnis. Certamine quidem iam pridẽ perfecto:nunciatum eſt: qui
in impioꝝ loco mulctarentur: piectis a ſe uinculis:& cuſtodibus ſuperatis:
p iſulã irrumpere. Duces aũt illorum eſſe phalarim agrigentinũ:& buſirim
egyptium thracemq; diomedẽ:Scironẽ:& pityocatapem. Vt uero hæc au
diuit rhadamas:ſtatuit heroas in aciem ſup littus. Duces autẽ erãt theſe
us & achilles: aiaxq; thelomonius iamdudũ ſapiens:committẽreſq; manũ
pugnauerunt. Tãdem heroes:achille multis q̃dẽ dignius:ac glorioſius pu
gnante:cõflixerunt. Conflixit & ſocrates in dextero latere ordinatus:mul
tomagis q̃ quum uiuens apud Delum pugnauit. Etenim quattuor ex ho

ſtium numero irruentibus in eum nō fugit:ſed uultu ītrepidus cōſtitit. Cuius in poſterū rei gratia brauiū pulchrū:ac magnū delegerunt: ortū ſcilicet ante ciuitatē:ubi ſodales & amicos conuocans diſputabat necracademiam locum appellans. Cōpræhendentes eos:qui uicti fuerant:& ligantes: remiſerunt multo durius puniendos. Scripſit & hanc pugnam homerus mihi que abeunti libros dedit ad noſtros homines deferendos. ſed & hos in poſterum cū & reliquā ſupellectilē amiſimus. Erat aūt poematis initiū. Pande defunctorū bellū mihi ſemideorū. Nunc dea. Tunc uero fabas excoquētes: quemadmodū lex apud eos eſt: ubi bello ſuperauerint:comederunt. uictricia dona:feſtoſq; egerunt dies. Solus pythagoras conuiuio omnino defuit. Stabat enī longe ieiunus ſedens:& fabarū eſūm grauiter ferens. Iam uero mēſibus ſex exactis:ſeptimoque mediante noua res ac caſus inſperatus contingit. Siquidē cyniras ſcinthari filius cū procerus:tū & imprimis pulcher helenā multo iam tēpore deperibat. Ipſa autē nō obſcure trahebatur adoleſcentē amans. nutibuſq; in conuiuio agebant:adinuicemq; bibebant:ſoliq; exurgentes errabant per ſyluā. Tandem quū exarderet cyniras potiriq; poſſe deſperaret:conſuluit helenā rapere:idq; itē & illi uidebatur:abeunteſq; ad aliquam proximarum inſularum proficiſci: aut in phellonā:aut in tyronā: addiderunt & huic cōſilio cōiuratos meis e comitibus tres audaciſſimos ac robuſtiſſimos. Et patri quidem ſuo id non īdicauit cyniras:ut pote qui uidebatur rei impedimēto fore. Itaq; rem ex ſententia pfecere: ubi enim nox aduenit (ego quidem non aderam:ſed contigit me in conuiuio diſcumbentē dormire) ii clam aliis helenam accipientes in pelagus delati ſunt. Media autem nocte excitatus mēelaus:ubi uacuum thorum ſenſit: clamorem emiſit: fratremq; ſecum arripiens cōcitus uenit ad regem rhadamantem. Porro illucente die retulere ſpeculatores nauem ſe uidere non longe diſtantem. Quare aſſumēs rhadamantus ex herois quinquaginta compulit in monoligneam nauem aſcendere aſphodelinam iuſſit prædones inſequi. At uero ii perſequentes:& quidem ex animo circa meridiem compræhendunt eos: tunc primum in lacteum oceani pelagus ſecus tyronam tātum itineris trāſgreſſi ſunt: ut fugerent roſeiſq; cathenis connectentes nauem ingreſſi ſunt. Ipſa quidem helena lachrymabat: erubeſcenſq; operiebatur latitans: uultu in terram demiſſo. Rhadamas aūt perſcrutatus: ſi forte e meis alii cū cynira īterfuiſſent:ut nullū dixere:cinyrā ac coniuratos ſuos a uerecūdis uinciens:miſit in impiorū locū malua primū duriter flagellatos. Decreuit item & nos ante prætaxatū tēpus excludere:ſuccedenti tātū die in īſula moraturos. Hic ego dolebā & lachrymis profuſis angebar:& ego bona quæq; amittens: iterum errare cogerer. At illi contra unū ſolamen adhibebant:q; eēm eo non poſt multū temporis una uenturus. Iam in futurū mihi ſedem oſtendebant:& locum meū optimis q̄buſq; proximū. Accedens ergo ad Rhadamantem orabā iugiter:ut quæ mihi futura erant:prædiceret:quæq; ſit nauigatio futura oſtēderet. Is autē inqt in patriā me affuturū: multis primū er/

roribus:ac periculis uerſatum. Regreſſus aũt tempus addere noluit: ſed & contiguas oſtendens inſulas:apparebant autẽ numero quinq;: & alia ſexta remotius. Has iuſta:inſulas inquit eſſe impiorum ſedes: a quibus ignem iã uides plurimum aſcendere. Sexta autem remotior illa ſomniorũ eſt ciuitas: poſt hanc & caliſpo:ne eſt iſula:ſed neq; iam tibi uidetur. Poſtremo ubi has omnes præterlaberis:tum deuenies in magnam illã terram ei:quam habitatis ex aduerſo poſitã ubi multas paſſus prætergreſſuſq; nationes:innumerabileſq; inter homines peregrinatus:tempore tandem certo in alterã applicabis terram. Hęc ubi dixit euellens e terra malbæ radicem:protẽdit mihi: huic horare iubẽs:ſi quando maximis in periculis uerſaremur. Admonuit autem:ſi tempore tandem in hanc rediremus terram neq; ignem gladio cædere: neq; lupinis ueſci neq; puero ſupra octauum decimum annum inhærere: horumq; ſi memor inquit fueris:ſpem habe tui ad inſulam reditus. Tunc equidem quæ mihi ad futurã nauigationẽ ſuppeditarẽt paraui: quũ uero tẽpus erat cõueſcebar illis. Succedenti quidẽ die accedẽs ego ad homerũ poetã orabam: ut bimitrum mihi epigrãma faceret: qđ ut fecit: colũnam berylli lapidis erigens ſupra portum iſculpſi. Id autẽ tale erat: lucianus diuis hæc uidit cũcta beatis Carus & hinc ꝓpriã contulit in patriã. Manens autẽ & diem illã ſequenti aſcendebam comitantibus herois. Hic mihi & ulyſſes accedens clam penolope epiſtolam dat in ogygiam caliſponæ inſulam deferendam. Tranſmiſit & mecum rhadamas tranſuectorem nauplium: nequis nos cõpræhenderet: ſi forte ad inſulas laberemur: ut aliis ꝓ mercibus nauigantes. Vbi uero procedẽtes odoriferum aera relinquimus: repente foetor quidam peſſimus ſuſcepit: ut bitumine: ſulphuris: & picis ſimul ardentis. Nidor autem erat ingratus: & importabilis ut aſſatorũ hominum: aer turbidus: & caliginoſus: ſtillabatq; ab eo ros ut picis guttæ. Audiebamus & flagellorum ſonitum: multorumq; hominum fletum. Ad cæteras quidem non acceſſimus: in hanc uero deſcendimus: eaq; talis erat: circum omnis ĩ præceps: & arida: aſperaq;: & cautibus horrida: Arbor autem nulla neq; aqua inerat. Nos tamen applicantes per præcipitia illa inuiamq; quandam ſenutam ingreſſi ſentibus: ac tribulis plenam plurimam terræ illius uidimus deformitatem. Procedentes autem ad carcerum & pœnarum loca: primum quidem loci naturam admirati ſumus. Et enim omne ſolum gladiis quibuſdam ac tribulis efferbuerat. Circum autẽ flumina decurrebant: unũ quidẽ lotabri & id terrum: alterum autem ſanguinis. Porro in interioribus tertium uidebatur igneum: idq; magnum apprime: & imenſum: defluebatq; ut unda: ac maris more fluctuabat. Habebat etiã piſces: & quidem multos igneis torribus ſimiles: paruis uero carbonibus ignitos: quos lyeniſcos uocant. Aditus ad cũcta illa unus erat: & is arctus: terribilis: ac pœnalis portitor ſtabat timon athenienſis. Ingreſſi tamẽ Nauplio ducente uidemus eos: qui in pœnis erãt. Et quidem reges multos: inferioreſq; alios plurimos: eorumq; aliquot agnouimus. Vidimus & cyniron fumo ſuc

deuinctum a pudibundiſq; ſuſpenſum. Appoſuerant: & hiſtorici ſupra cuiuſq;
uitā inſcribentes: ſcelera & peccata quibus multantur. Maxima omniū pœna af-
ficiebantur: qui uitas: ac aliorū mores inſcribentes mentiti ſunt: ueritatem
obſcurantes mentiti ſunt ueritatē obſcurantes. In quibus cteſias cnedius &
herodotus erat: aliiq; multi. Hos ego inſpiciens bona ſum ſpe cōfiſus: ut po-
te q mihi uerā cōſcius: in meis ipſe ſcriptis nullatenus mentiri. Ocius igitur ad
nauē accelerans (neq; enī uiſum amplius ferre poterā) ualeq; nauplio faciens
abſceſſimus. Poſt uero non multū & ſomniorū inſula pœnes apparuit: inſtabi
lis: ac incerta uiſu. Habebat autē & ipſa ſomniis aliquid ſimile: ſecedebat enī
accedentibus nobis: & ſubfugiebat, longiuſq; euadebat. Cōprahendentes
eā tamen: ac in portū delati: quē ſomnū untoca: pœnes eburneas portas: quæ
galli templū inerat: circa ueſperam deſcendimus. Tum in urbē ſuccedētes:
ſomnia quidē multa: ac uaria uidimus. Primū quidā uolo de ciuitate ipſa
ſcribere: quando quidē antea nemo ſcripſit: niſi forte homerus: qui neq; ac
curate: ut potuit. Hanc quidē circū: ac undiq; ſurrexit ſylua. Arbores autē
ſunt Papauera: ac mandragoræ: hasq; ſuper ueſpertilionū multitudo: ea
enī ſola in inſula ales gignitur. Flumen autem iuxta defluit: quod nictipo-
rum uocant. A portis fontes duo ſcatent hiſq; nomina uni quidē negretus:
alteri uero pannychia. Ipſa autē ciuitatis mœnia ſublimia uaria iriq; colore
ſimillima: portæ quidē non duæ ſunt: ut homero placuit ſed quattuor: duæ
quidem deſidiæ & molliciei campū reſpiciunt. una ferrea: altera e cornu fa-
cta: hiſq; mortifera: terribilia: ac crudelia ſomnia efferuntur. Duæ autem
ad portum & mare: una quidem cornea: altera autem eburnea: qua nos ur
bem ingreſſi ſumus. Introeunti autem ciuitatem: a dextris quidē eſt noctis
templum. quippe deos colunt: & gallum maxime illiq; ſecus mare ſacellum
eſt. In ſiniſtra autem ſomni regia: Is enim apud eos regnat ſatrapas duos &
duces faciens: taraxionem mataogenis: & plutocleum: phantaſionis. In me
dio autem foro fons quidam ineſt: quem careotim uocant: iuxtaq; delu-
bra duo: deluſionis ſcilicet: ac ueritatis: ubi & penetrale eſt cortina: ibi pro-
phetans præerat Antipho ſomniorum ſimulator ad honoris a ſomno ac-
cipiens: ſomniorum autem neq; natura eſt eadem: neq; effigies: ſed alia qui
dem procera: & pulchra: ac ſpeciæ multa: alia autem minora. Quædam par
ua: & deformia. & alia quidem aurea: ut uidebatur: alia in deos: alioſq; huiuſ
modi ornata. Horum nos plurima cognouimus a nobis olim uiſa: quæ &
ad nos procedentia ſalutabant: ut nota: ac domeſtica: ab hiſq; ubi hoſpicio
ſuſcepti ſumus: diſcumbentes luculente quidē: ac urbane hoſpitati ſumus.
Poſtero die inſtaurare: ac apparatum inſtruere: & quidem opulentiſſimos
polliceri qz regē: & ſatrapas facere. Quædam uero detulere nos in patriam:
domeſticiſq; noſtris oſtendere: unaq; die retulere. Triginta dies: ac totidē
noctes eo loci non ſedimus: iacenteſq; maxime: ac dormientes ueſcebamur.
Poſt motum uero quum fulmen quoddam e cælo repente diſrupiſſet frago
re excitati: ac plurimum turbati receſſimus: primum depaſti. Tertia ex in-

de die ad ogigiã inſulam delati deſcendebamus . Hic ego primum epiſto
lam ſoluens: quæ intro ſcripta erant: perlegi . Erant autem hæc. Vliſſes: ca/
lypſonæ ſue ſalutem . Nolim te ignorare poſt meum abs te diſceſſum : quæ
me inuenerint mala. Siquidem ut primum ægreſſus portus tuos nauiculã
qua uehebar: ut potui reparaueram : quum me hyems: & naufragium com/
præhendit: ut uix euaderem apud leucothoem in phæacorum inſulã: ubi ho
ſpitio receptus ſcitum eſt mihi: multos uxoris procos in mea domo ad uo/
luptatẽ nutriri: quos ubi omnes confeci tandem ipſe a Telegono nato mi/
hi ex circe mortem occubui: & nunc in beatorum ſum inſula: maximeq; do/
leo olim deſeruiſſe eam: quàm apud te abui conuerſationem : & porrectam
abs te immortalitatem . ubi igitur tempore concedetur : hinc effugiens ad
te ueniam. Hęc in ſe epiſtola complectebatur : noſq; ut hoſpitaretur. Ego au
tẽ procedens parũper a mari antrũ inueni tale: quale Homerus dixit: & ip/
ſam quidẽ ſqualidã: ac mœrore plenã. Vbi uero epiſtolam legit : primũ la/
chrymis illam cõpleuit: tum nos ad hoſpitiũ orauit: ubi ornate ac abunde
diſcubuimus: inter epulandum imprimis illa de uliſſe multa rogabat: & pe
nolopes: qualis in ſpecie eſſet: & ſi caſta quemadmodũ de illa uliſſes delira/
uit. ad nos illi reſpondimus: quæ ad letitiam eſſe poſſent . Tunc abeuntes
ſecus nauẽ ĩ litore obdormiuimus. Mane autẽ aſcendẽtes ferebamur acrio
ribus iã deſcendentibus flatibus: diebuſq; duobus hyemẽ multã paſſi inci/
dimus in colochyntios piratas. Homines enĩ ſunt hi feroces e uicinis inſu/
lis ꝑdantes quod ea nauigantes transeunt . Naues autem magnas habent
cucurbiteas longitudine cubitorũ ſexaginta. Vbi enĩ cucurbitã exſiccãt exẽ
terantes exhauriunt: & quæ intra ſunt: egerentes: nauigant: malis quidẽ ha
rundineis: folio autẽ cucurbitarum carbaſi loco utentes . Igitur ii proris ad
nos deductis (erant enĩ numero: qui geminas urbes ĩpleſſent ) pugnabant
e noſtris: cõplures uulnerantes: ſeminibus cucurbitarum ad nos iactis: co/
minus enĩ acriter: & uiolẽter pugnabant. Circa meridiẽ uero poſt colochyn
tios: caryos piratas aduentare uidemus: hoſtes aũt erant ii: ut experimen/
to didicimus. Nã ut eos adeſſe: & poſt tergũ urgere colochyntii ſenſere: cõ/
ſeſti ſpretis nobis conuertebant: inuicẽq; pugnabant. Nos autẽ interea attol
lentes uellũ: utroſq; fugimus deſerentes eos certantes: & manifeſte quidẽ ca
ryorũ nautæ uictores futuri erant: ut pote: qui plures (quoq; & enĩ urbiũ mul
titudo erat) & a fortioribus nauibus certabant. Erãt enĩ his naues nucũ cõ/
chæ per mediũ diuiſæ euacuatæ: magnitudo autẽ cuiuſq; conchæ in longũ
paſſuũ quindecĩ. Vbi uero ab his ſeceſſimus: & ſublatuimus: curare eos: qui
uulnerati fuerant: cæterã aũt turbã armis accingere. Sẽper enĩ nobis ĩſidia
rũ copiã timebamus: neq; adeo in uanũ. Nec dũ enĩ ſol occubuerat: quũ ecce
ab deſerta quadã inſula aduerſum ferebãt in nauẽ ut uiri uiginti delphini/
bus inſidentes: latrones ii delphines quidẽ inſilientes aduehebant eos ſutes
ac ĩmobiles quiſq; ſimiles & infremebant . Quum autẽ e proximo aſtitiſſent
hinc quidem alii : & alii illinc cædebant nos ſepiis : & cancrorum oculis

ad nos miſſis. Igitur nobis cōtra ſagittis urētibus: non ſubſtinuere: ſed ma
xima eorum parte uulneribus ſaucia cōfugerūt ad inſulā. Circa mediā ue-
ro noctem: quum iam miteſceret mare latitauimus: nido alcyonis omni-
um maximo allabentes. Erat. n. illius circunferentia ſtadiorum ſexaginta:
ubi ad alcyō ales cubās ſerat: ouaq; fouēs: & quæ euolans paulominus na-
uem obruit allaꝝ uento ĩpulſam: ibat igitur fugiens & flebile quoddam in-
ſonans. Nos autem illucente iam die deſcendentes intuemur nidum uaſtæ
naui ſimilem: maximis ex arboribus congeſtum: in quo & oua erant quin-
genta ſingulaq; maiora chienſi amphora: iam quidem & intro pulli appare
bant clamitantes. Securibus igitur ex ouis unū diſrumpentes: pullum nu-
dum & abſq; plumis egeſſimus: ingentem: ac gryphonibus uiginti maio-
rem. Vbi uero nauigantes a nido ut ſtadiis ducentis ſeceſſimus: prodigiis
q̄buſdam magnis: ac mirabilibus perculſi ſumus. Si quidem cheniſcus: q
ad prorā erat: ſubitis pēnis pēnatus apparuit: & exclamauit. Porro guber-
nator ſcintharus caluus iam dudum ac canus repentina cæſariæ capillatus
eſt: & quod omnium mirabilius: ipſe nauis malus germinauit: ramiſq; p-
ductis in uertice fructū edidit: ficus. ſ. ac nigros botros non ſane maturos.
Quę ut uidimus: merito exhorruimus: deꝓcabamurq; deos: ut a phantaſ-
matis huius nouitate nos alienos faceret. Nondum & q̄ngētos ſtadios exi
gentes: uidemus ſyluam maximā: ac cōſitam pinis: cipariſſiſq;. Nos q̄dem
imprimis ſuſpicati ſumus illam terram eſſe: id autem erat pelagus: & abyſ-
ſus arboribus: ulla abſq; radice ſupra plantatis. Ipſi tamen arbores recti ſta
bant: & ĩmobiles: ac nauigantibus ſimiles. Igitur ſecus educti omne explo-
rabamus: quidue acturi eſſemus in dubio uerſabamus. Neq; enim intra
arbores nauigare facile erat: condenſis illis: ac contiguis adinuicem ſe ha-
bentibus: neq; retro dare uidebatur. Ego autē aſcendens ſupra maximam
ex arboribus ſpeculabar ulteriora: quomodo ſe habebant: & ſyluā q̄dem ui
debā per ſtadia q̄ngenta: aut eo amplius contineri: aliumq; ex inde nobis
oceanum ſuccedere. Et nobis ꝑfecto uiſum eſt nauem ſupra ſyluæ (denſiſſi
ma quidem erat) cacumen attollere: perq; arborum comas nauigare: poſſe
q; tandem ad alterum oceanū applicare. Igitur nauem magna cū harundi
ne circunligantes & in nemoris denſitatem aſcēdētes: uix illam hauſimus:
ſupraq; ramorū frondeta deponentes: pandentes uela: ut in mari nauiga-
bamus uento impellente acti. Hic & mihi in mentem uenit antimachi poe
tæ dictū: dixit enim ille quodam in loco: his autē qui per ſyluarum fronde-
ta nauigantes adueniunt. Magno tamen cum conatu ſyluam ſuperantes.
in alterum peruenimus pelagus. Tū nauem ſimiliter demittentes ſecaba-
mus iā puros: ac lucidiſſimos fluctus: quoad delapſi ſumus ad hiatumquen
dā: ac abyſſū maximū quis hic ĩde diſtātibus: q̄le ĩ terra ſæpe uidemus: aut
terræ motibus aut æſtibus maximis euenire. At q̄dē nauis deponētibus no
bis uela facile ſtetit: quæ paulominus accedens in uoraginē illā cōciderat.
Intuentes autē uidemus profundū penitus: quaſi ſtadiorū mille tremendū

ualde: & admirabile: ſtabant: enī aquæ: ut diuiſæ & ad dextrā nō lōge pōs ex aquis cōpactus: duo maria ſecundum earū ſuperficiem coniungentibus: ab alteroq; arcu confecto in alterum mare decurrentibus. Allabētes igitur remis eo deferimur: multaq; ui innixi ſuperauimus pontē: ac traiecimus: & quidē præter opinionē q nullatenus ſperaremus. Hic nos ſuſcepit pelagus placidū: ac mite: inſulaq; non magna fertilis: & ad acceſſum facilis. hāc autē homines incolebant bucephali cornua habentes: quale apud nos minotaurū fingunt. Deſcendētes igitur procedebamus aquas hauſuri: accepturiq; & cætera quæ ad cōmeatū (iā enim defecerant) eſſent. ſi forte poſſemus: & aquas quidē iuxta adinuenimus: aliud autē nihil præſeferebat: & quidē cū circūſpecularemur: non longe tamen audiebatur mugitus multus. Quū autē id boū armentū eſſe putaremus: confeſtī accedentes homines offendimus. Qui & ſimul uiderunt nos: & inſecuti ſunt: & tres quidē e comitū numero cōpræhendere: cæteri uero ad mare confugimus. Hic nos ubi armis omnes accincti fuimus: (neq; enī probauimus ſocios deſpicere ut in ultos: irruimus in bucephalos: interfectorū carnes dilaniantes omneſq; magno cū clamore in fugā cōpulimus: & quinquaginta quidē ſtrauimus. Duos autē cōpræhendimus illęſos: ad nauēq; conceſſimus captiuos trahentes: porro quæ ad cōmeatū eſſent: nullatenus inuenimus: & quidē alii ſuadebāt cōpræhenſos interfici. Ego autē non probaui: ſed uinctos illos cuſtodiæ tradendos cenſui: donec ad nos bucephalorū oratores peruenirent: captiuos ipſos redēpturi. Intelligebamus autē eos nutibus agentes: & flebile neſcio quid mugientes orātibus ſimiles. Quæ uero pro redēptione erant: offerebant caſeos quidē: & ſiccos piſces multos: & ceruos quattuor: tres quēq; habentē pedes: duos quidē retro. qui uero anteriores erant: ī unū cōcreuerāt. accipientes igitur: captiuos dimiſimus: unaq; tantū exinde die ſubſidentes receſſimus. Iam & nobis piſces apparebant: & aduolabāt aues: aliaq; multa proxime terræ ſigna poſt non multum & homines uidimus nauticæ nouo quodā modo deditos: ipſi & enī nautæ & naues erant. Dico nauigationis modū: quū enī ſuper aquā reſupini iacerent: erigētes uerecunda: quę & magna ferunt: exhiſq; extendentes uelū manibus: ut carbaſi pedē tenebant: ac incidente uēto nauigabant. alii autē poſt hos ſuberibus īſidentes: duos delphines una coniunxerant: habeniſq; gubernantes inſequebantur curſū. ii accedentes: neq; offendebant nos: neq; inimice inſectabantur: ſed decurrebāt ſine timore: ac pacifice noſtre nauis figurā admirati: & circū undiq; conſpectantes. Veſpere autē iā facto ad inſulā delati ſumus non magnā. Incolebatur autem a mulieribus: ut putauimus: græca lingua loquentibus. Acceſſerunt enī: & datis dextris ſalutauerunt nos amice admodū: & ornate: omneſque pulchre: & adoleſcentulæ: tunicaſq; trahentes ad terrā uſq; delapſas. Inſulæ quidē nomē: Deliciēs ciuitatis uero nuſquā. Igiť mulieres ſuſcipientes nos: quælibet ad proprios abiit lares: hoſpicioq; recepit. Ego autē paululū ſubſtans (non enī mihi ipſi bona prænoſticabar) diligentiuſq; circūſpiciēs:

uideo multorum hoīum hoſſa:teſtaſq̨ iacētes:& clamorē quidē emittere: ac comites conuocare:ad arma:q̨ ſecedere nō probaui. Ad manus autē mal/uā abens:orabā iugiter a præſenti malo euadere. Poſt nō multū hoſpita mi niſtrante uidi illius crura:nō mulieris:ſed aſini ungulas. Tunc ego educēs gladiū cōprahendo hanc:uincienſq̨ omnia percunctabar. Illa autem: & ſi ſuita dixit ſe ipſas eſſe mariti mas fœminas onoſceleas nuncupatas: cibūq̨ eis eſſe aduentantes illuc hoſpites. Vbi autem inquit inebriauimus eos:cō cubentes obtruncamus. Hæc ubi audiui: illam quidē dimiſi ibi deuinctā ip ſe autē ego ſupra tectū aſcendens clamabā:comiteſq̨ conuocabā: Qui ubi cōuenere enarrabā illis cuncta:oſſaq̨ oſtendebā. tum exterius illos ad deul/ctam educens: ea autē confeſtim in aquam cōuerſa eſt:& inuiſibilis apparu it: tamen:eſſem in aquam condidi tentans:ea uero ſanguis effecta eſt. Oti us igitur in nauem deſcendentes abſceſſimus. Vbi uero ſequēs dies illuxit: uidentes terram:coniectura intelligebamus eam eſſe:quę huic noſtræ in ad uerſum adiacet. Inclinantes igitur:ac adorantes: quæ futura nobis eſſent: mēte contēplamus. & quibuſdam quidem ſolū deſcendere uidebatur:iterū/que remeare ad nauem:quibuſdā uero nauē ibi deſtituere:ſupraq̨ medite/raneū aſcendere. & incolarum mores:ac uitam tentare. Interea dū hæc no/biſcū cōferreremus:hyems nimia:ac uiolentus turbo in nauē incidens ad littus diſiecit ac diſrupit. Nos uero uix enauimus:arma ſecū quiſq̨:ac ſi qd potuit abripiens. Hæc quidem igitur quæ mihi ad aliam uſq̨ terrā contige/re in mari ac inter nauigandum in inſulis:in aere:indeq̨ in ceto. Vbi uero egreſſi peſtem illā euaſimus quæ apud heroas & ſomnia: ac deniq̨ apud bu cephalos: & onoſcelas. Cætera autē quæ in terra:ſubſequentibus libris am plectar.

## Lucianus De Aſino.

QVum in theſſaliam:ubi quædam mihi paternæ ratiōes erant:cum eius gentis uiro proficiſcerer: in theſſalos quoſdam incidi: qui in patam theſſaliæ urbem redibant: uehebar equo: neceſſaria quæ/dam uſui ferens:unico comitatus ſeruo:qui ſequæbatur pedes:in/tereundum cum uariis de rebus eloquentes: iam urbi: appropinquaremus: a theſſalis petii: nun eius urbis ciuem noſſent nomine hiparcum (habere enī me ad eū litteras: ut apud ipſum uelut hoſpitē diuerterē) Illi & hominē ſibi notū eſſe dixerunt:locupletū:auarū:qui ſolū domi uxorē:& unicā ancil lā haberet:& quo in loco urbis habitaret deſcribentes ortū quēpiā: in quo ēēt eius habitaculū. data deinde ſalute:acceptaq̨ abierunt. Ego domū hi/parchi adiens hoſtiū leuiter pulſo:acceſſit uxor:quā rogo:an ſit hiparcus do mi. Illa cū & qs eēm:& qd mihi uellē quæſiſſet:a deciano ſophiſta patrēſi ha bere me litteras reſpōdi. Mulier manere paulū hortata:occluſo hoſtio abiit: pauloq̨ poſt rediens me iubet ītroire. Ingreſſus ſalutato homine epiſtolam trado. Erat ille in cœnæ principio: in lectulo ſedēs ad modū paruo:una mu liere diſcumbente:menſa cibis uacua:lectis litteris amiciſſimus. Mihi inqt grecorum excellentiſſimus decianus fecit optime:qui ſuos ad me amicos ſi

denter miſerit. Vides luciane habitaculũ hoc paruũ eſſe: ſed ꝙ ſatis ſit ha-
bitanti: uerũ reddes tua præſentia domũ: ſi æquo animo tuleris: ampliorẽ.
Vocata deinde ancilla paleſtra: des ĩquit huic hoſpiti noſtro tunicã: & ſiqd
ſecũ detulit: cõde: dehinc mitte ipſum ad balneũ: qd̃ longa uia a nobis ab-
eſt. Cepit me paleſtra: oſtenſaq; domo pulcherrima: in hoc ĩquit lecto nocte
dormies: huic puero tuo lectũ ſubſternã: & addã puluinar. Cũ hæc dixiſſet:
ego in balneũ profecturus ordeũ in cibum equi ancillæ dedi. Lotus cũ red-
diiſſem hiparcus me benignẽ excipiens pene ſe iuſſit ſedere: cœna ſplendida
fuit uinũ ſuaue: & uetus. poſt cœnã & potus & ſermo dignus hoſpite. Ita po
tando ueſpere abſumpto dormitũ profecti ſumus. Poſtridie rogat me hipar
cus quo pergerẽ: & quot diebus eſſem apud ſe affuturus. Laryſſam peto in-
quã ſed hic fere quinq; diebus morabor (id nequaquã dixi ex animi ſenten-
tia) optabã ſiquidẽ ibi aliquandiu eſſe quoad aliqua a me maga reperta eẽt:
cuius ueneficiis aliquod monſtrũ conſpicerẽ: aut hominẽ uolantẽ: aut lapi-
dẽ factũ. Huic curæ deditus cæpi urbẽ perãbulare: quãuis quo ĩ modo ĩqui
rendũ eſſet neſcirẽ. Interim mulierẽ uideo accedentẽ: ut ex uia coniici pote-
rat: iuuenẽ opulentã: ueſtis enim erat floribus intexta: ſerui plures: aurum
ſumptuoſius: appropinquans mulier me compellat. Ego inquit abria ſum
amica; ſiqua unquã fuit: matris! quæ quũ eius filios: non ſecus ac meos di-
ligã: uolo fili apud me diuertas. Magnas inquã gratias tibi ago mater: cu-
pio tecũ eſſe ſed pudore ĩpedior: ne uidear hoſpitem amicum cõtemnere; ſi
eius domum relinquam: animo autem & benigno tecum ero. Nunquit hi
parcus auarus ille tuus eſt hoſpes inquit! Non his uerbis utaris mater in-
quam! ſplendidus quippe: ac ſumptuoſus in me fuit: adeo ut ex nimia im
penſa: lauticiaq; culpari ſoleat. Illa ſubridens manuq; apprehenſa ſeorſum
ducens caueas ait uelim omni cura Hiparci uxorẽ: magna & enim eſt præ-
cipua admodum ueneficiorum potens: appetens atq; uiros: ſi quos in ado-
leſcentes oculos coniecit: niſi quis uoluntati eius pareat: omni conatu il-
los ulciſcitur hos perimens: hos imbelluas tranſmutãs: tu uero fili adole-
ſcens es ac formoſus: ut facile placeas mulieri. Præterea externus & ad ue-
na: qui ut plurimum contemnuntur. Ad hæc animaduertens me id: quod
iamdiu quærito habere domi feminam relinquo: abiens mecum ipſe cæpi
de uia loqui: age in quam tu: qui tantopere hanc mirandam artem te pro-
fiteris: appete: excita teipſum paulo: atque eam diſciplinam condiſſe: qua
quod libuerit potieris: & quãdo quidem amici hoſpitis uxorem non licet:
aggredere ancillam paleſtram: tibi illam omni ratione concilia. Nam ſi
illam expugnaris: abſq; labore qd̃ cupis cognoſces: ſeruis quidem & honeſta
& turpia omnia dominorũ nota eſſe conſueuerunt. Hęc mecum loquens in
gredior domũ: ubi neq; hiparcũ: neq; uxorem offendo. Paleſtra penes focũ
ſedebat cœnam nobis parans. Hic ego o pulcra paleſtra inquamq; uenuſte &
ladmodum nates ſimul & ollam circunfers atq; euoluis: lumbis meis pau-
lum humoris ſuperabundat: ex quo beatus erit ſi quis paulum deguſtarit.

Illa laſciuior admodū:& uultu grata:abi hinc inquit ſi ſapis adoleſcēs niſi ti bi mauis uitā eripi:& loca fuge ignis & fuligīs plena. Nā ſi me tetigeris:uul nus tibi inferetur igneū:quo apud me deficies:ab hoc neq̧ medicus alter: neq̧ deus poterit te curare. Sed ego te ueſtres mirū ī modū dolore afficiam: cuius curā haud facile ſuſtinebis:neq̧ lapidibus pulſatus dulcē uitabis dolo rē. Quid āt rides? quid ita reſpicis hominē coquū doctū non ſolū hos uiles parare cibos:ſed homines quoq̧:quod his maius ē iugulare? pelē adimere. partiri in fruſta:uiſcera quoq̧ ipſoꝝ & corda rimari? Hoc inquā enarraſti re cte:nam me quāuis procul a te remotū nō ſolū cōcaleſeciſti:ſed ſibilē in mea uiſcera abſq̧ aliqua iniuria exurēda conieciſti. Itaq̧ te oro:ut mihi ſalutē af feras his aſperis & ſuauibus:quas dixiſti medellis:neq̧ iam mortuum exco ria:ut iubet. Illa his uerbis arridens cū iam mihi facta eſſet propitior pollici ta eſt poſtq̄ dn̄i iſſent dormitū ſe mecū eſſe cōcubiturā. Interea cū rediſſet hi parchus loti imus cænatū:potus fuit frequens nobis inuicē cœpulantibus. Ego ſummū fingens:cū ſurrexiſſem:abii dormitū:ubi oīa mihi optime in tus præparata erāt:extra lectus ſeruo ſtratus:mēſa iuxta lectū ſita:& in ea ca lix:ac uinū una cū frigida:calidaq̧ aqua:quæ ſingula diſpoſuerat paleſtra: quæ & lectū plurimis quoq̧ roſis ſparſerat:& ſerta ſupermiſerat ex eis con ſe cta. Ego ſympoſiū promptū uidēs cōpotricem cēſui expectādā:illa ut patro nam in lecto collocauit:e ueſtigio ad me uenit. Erat autē ilaris inuicē nobis: & potī & oſcula ꝓpinantibus:ſumpto potu:q nos efficeret in nocte paratio res. Tum illa hoc præcæteris adoleſcēs memineris:oportet te in paleſtram incidiſſe:nunc oſtēdas licet:an ſis factus inter adoleſcentes agilis:& ad hu iuſmodi certamina exercitatus. Cui haud inquā defugiā hanc prouocatio nē:ut iam nudari & paleſtræ exercitio incumbere ſum paratus. Tum illa:uo lo obtēperes mihi ait:ego doctoris:& præſidis more certaminū : quibus te exerceri uolo ꝑſcribā nomina:tuum erit iuſſis prompte parere. Manda inq̄: quod lubet? ſed aduerte:ut noſtra certamina in tēpore: Concinne:cū humo re fiant: Illa ſtans nuda:& exuta ueſte imperat:exue te adoleſcens : ſumptoq̧ unguento:aggredere cōtra certantē:femori coniuncto femore:pſterne me reſupinam:deinde ſuper incumbens:meis in altū cruribus erectis:femori i/ here:& quaq̧ uerſus percute uulnera:telum etiā ferens quoad fueris defeſ/ ſus:& lumbi bellum egrægiū porrexerint. Tum educto telo:rurſus illud in inguem iunge:ac ualidius percute:atq̧ inſta quouſq̧ aduerſarium ad parie/ tē impellas. Sed quū lapſus eris:paululū tibi indulge:neq̧ feſtines poſtmo/ dū cōmuni marte pugnes. His dictis quū oīa:quæ mādata erant:pfeciſſem diligēter:finiſq̧ iā noſtri certaminis adeſſet. Tum ego paulo ſubridens:pa leſtrā alloquor nigrā inq̄ uides quā facile: prōpteq̧ paruerim tibi. Sed ani maduertas uelim:an ſatis recte has mihi impoſueritis colluctationes:com mutes enim luctandi genus : aliud ex alio iubens. Illa me in faciem percu tiēs: quem nugatorem diſcipulum habeo inquit? uide ſis ne uapules: ni di ctis pareas. De hinc ſurgens: ſeq̧ ad nouum certamen parans:nunc inquit

oſtendes ſi uiribus ualidis luctator egregius exiſtas:ſiſq; in eo lactandi gene
re exercitatus:quod geniculariũ appellant. Tum ſubnixa genibus: in lecto
prona:age tu luctator mediam corporis partẽ ualenter agreſſus:ꝑcute:uul/
nuſq; adige ꝓfũdius:nudã uides:utere ꝓ̃ptius:iniice ĩtrorſus telũ: deĩde
ĩtroſius flectẽs:iteꝝ impellens abſconde:& cõprime: ne q̃cq̃ huic certamini
adiicias interualli:caue autẽ ne citius q̃ iuſſerim telum extrahas: ſed incur/
uans aduerſarium inſequere:quo proſtrato:rurſus certamini incumbe: quo
ad laſſus:uictuſq; deficias:& ſudore ſis madefactus. Ego in riſum effuſum:
uellem magiſtra inq; a me quoq; aliqua huiſmodi tibi præcepta tradi:in q
bus mihi obtemperes uelim:ſed iam te erige:poneq; ſedens data dextera mi
hi recõcilieris:nam tẽpus eſt iam dormiendi:his uoluptatibus:atq; exerci/
tiis nox traducta:obliuionem penitus attulit itineris in lariſſam. Cum autẽ
in mentem ueniſſet occaſio:quæ cupiebam deſcendi:o dulciſſima Paleſtra ĩ/
quã oſtende oro te:dominam tuã ſuis præſtigiis uſam:in aliquam ſe formã
uertentem. Iamdudum enim aliquod huiuſmodi mirandũ ſpectaculũ uide
re exopto:ſed a te ꝑcipue:ſi quod noſti:q̃ credo minime huius artis ignarã:
hoc a nullo alio te præter (quæ anima mea es) percipere cupio. Me q̃dem :q
hactenus uelut adamantinus (ut aiunt) in ullam unq̃ mulierẽ oculos amo/
ris cauſa conieci:ſeruum effeciſti:bello amatorio deuictum. Tum paleſtra.
Iocaris inquit:quis enim cantibus ſuperare amorẽ põt eius artis magiſtrũ.
Ego per hoc caput:ac beniuolentiam erga te meã:iuro me (neq; enĩ litteras
noui) inſciam hoꝝ penitus eſſe:uerũ ſi facultas dabitur:dabo operam:ut ui
dere queas dominã in aliam formã tranſmutatã. His dictis quũ dormiſſe/
mus paucis diebus poſt:quũ nũciat mihi paleſtra:dominã ſe in nauẽ cõuer/
ſurã:ut ad ſuũ amatorẽ aduolet: Nunc tempus inquam adeſt: quo diutino
nr̃o deſiderio poſſis facere ſatis. Bono aĩo ſis ait:& quũ iam nos aduẽtaret:
me appræhenſum ad hoſtium domus ducit:in qua illi dormiebant:meq; iu
bet per rimulam hoſtii introſpicientem:quæ fierent:animum aduertere. Vi
deo patronam: depoſita ueſte:nudam prodire:accenſa lucerna:duo tenente
grana:quorũ altero thuris ardenti lucernæ ĩpoſito:multa in lumen locuta
eſt. Deinde grandiuſculam reſerans arcam:plures continẽtem pixides :unã
effert:quid in ea contineretur incertum:ſed quantum oculi coniicere pote/
rant oleo plena uidebatur. Ex hoc aſſumens a ſummo uſq; ad imas partes
totum corpus perunxit:ſtatimq; alæ ĩnaſcũtur illi:& roſtrum corneum & ad
uncũ:omniſq; in auẽ conuerſa eſt. nocturnæ cornici perſimilem. Ut uero ſe
uolantem aſpexit:aſpere cantans:pro ut hæ aues ſolẽt:perq; hoſtium euolãs
abiit. Ego qui mihi uidebar in ſomnium uidiſſe:palpebras oculoꝝ tetigi:ne
quaq̃ oculis fidens:aut q̄ ea aſpexerim:aut q̄ eſſem excitatus a ſomno. Tan
dem:ut uix ſenſi:aut q̃q̃ dormire Paleſtram rogaui:ut ego quoq; eo unguẽ/
to unctus in auem cõmutarer. Cupiebam enim experimento diſcere: an ex
hoc homine auis poſſem fieri:illa hoſtium domus aperiẽs pixidem profert:
ex qua feſtinans exutus perungor:totus auis quippe malo homine nequaq̃

ſto.Sed cauda e ueſtigio a poſteriori inaſcit parte:digiti omnes neſcio quo
ſum abierit: ungues in quattuor ungulas uerſæ: manus ac pedes iumenti
crura effecta:auriculæ lõgæ:magna facies:quæ omnia circunſpiciẽs cogno
ui:me aſinum euaſiſſe. Vox hominis ad querendum de paleſtra defecerat:
ſed labia dimittens:ipſamq;:qua poterã forma reſpiciens accuſabam: ꝙ me
pro aue in aſinum uertiſſet. Illa manibus demulcens caput: miſeram me in
quit quantum maliſeci feſtinantem:ſimilitudo pixidum me decepit:non ca
pientem ea:quibus homines in auem cõmutantur.Sed confide anime mi:
facilis erit huius erroris cura:nam ſi roſas:comedes ſtatim exues iumẽti for
mam:& in amatorem meum reddibis:ac una noctæ æquo feras animo:aſi
ni formam diluculo curabis. Afferam ſane roſas:quas ut ederis: fies homo.
Hæc quum dixiſſet:tractans me:& aures:& reliquum corpus demulcebat:
ego corpore aſinus:ſenſu tamen:menteq; hominis fungebar ipſe ille Lucius
præter uocem. Mecum igitur:multus eratum paleſtræ conqueſtus:labiaque
mordens abii:ut ſciebam:equum meum:& alium uerũ aſinum hiparchi eẽ:
qui ut me ingreſſum conſpexere:ueriti ne fenum ipſorum comederẽ:demiſ
ſis auribus:parati erant ad me calcibus repellendum. Quod ego perpendẽs
longe a præſepe receſſi:ſtans:ac mecũ ridens:ſed riſus rugitus erat. Cæpi ue
ro interim mecum cogitare:quid ſi lupus nunc aliquis ad nos ĩtret:aut alia
fera inſultet mihi:qui nil mali commiſi. Hac detentus cura tinebam aliquã
m iam futuram eſſe fortunam. Nox intempeſta quum eſſet: ac ſilentium:&
dulcis ſomnus:ſtrepitus quidam exterius tãquam effoſſi parietis eſt factus.
Iamque adeo dirutus erat:ut ingreſſui homini pateret. Tum unus:& item
alter:pluresque intrant armati omnes hiparcum:paleſtram: ac ſeruum meũ
colligant:domum ſpoliant:pecuniam ueſtem:oẽmq; ſupellectilem auferũt:
adeo ut nil reliquunt domi. Tũ me:equumq;: atq; alterum educẽtes aſinũ
ſtrauerũt:ĩpoſitiſq; rebus:quas aſportauerant ad graue onus:ligno nos abi
gẽtes: ad mõtes uia deſſueta effugerũt. Ignarus erã ꝗtũ preſſi pondere mei
ſocii paterent laboris. Ego deſſuetꝰ abſq; ſoleis iter facere ſaxis ꝑacutis ad
modum offendebar: ideoq; ſæpius ceſpitans deficiebam ſub pondere. ſed
e ueſtigio uir ſubſequẽs me ſæpius feriebat baculo. Quum cæſaris inuocãs
preſidium:prouoce rugitum edebam. Hoc ſolum abſurde proferens uoce
maxima cæſaris uero nomen minime ſequebatur. Ad hæc uapulabam ma
gis: ueluti rugitu proderem nocturnos fures. Nil ergo proficiſcens rugi
endo:ſtatui uerbera ſilentio redimere. Iam dies aderat: & nos multos tran
ſieramus montes:religati ora:ne paſcendo iter moraremur. Meridie ad di
uerſorium quoddam peruenimus hominũ: quibus cum noſtris latronibus
ueterem eſſe conſuetudinẽ:tum ex mutua ſalutatione:tum ex oculis poterat
percipi. Iubent illi ſarcinas deponere:& prandium parant nobis: iumentis
ordeum præbuere:quod quũ cæteri comediſſent:ego ualde exuriens (nã is
cibus mihi eſui difficilis erat) cogitans:qua re famẽ ſedarem: hortulum re
tro diuerſorium cõſpicio:multis oleribus plenum:in quo & roſæ eſſe uidebã

tur. Itaq; uidens oẽs prandio intentos: accedo ad hortum: tum ut paſcerem
olera: tum ut ederem roſas: quibus in cibum ſumptis: ſperabam me in homi
nem reuerſurum. Hortum: ingreſſus: raphanos: atq; apium: qbus etiam cru/
dis utuntur homines: ad ſaturitatem comedi: quæ uiſæ fuerant: non erant
roſæ: ſed lauri ſilueſtris flores: laurum uocant homines: malum & aſino: &
equo cibum: cum ferãt ex eo edentes e ueſtigio mori. Hoc aſpiciens horti cu
ſtos rapto ingreſſus ligno: ut olera ita depaſta uidit: tanq̃ irati domini erga
fures depr̄henſos ſolent: neq; natibus: neq; lateribus pepercit: aures ĩſuper ac
totum caput fuſte cõtriuit. Ego iam uerberum impatiẽs: cum ambobus cal/
cibus reſupinũ ſuper olera ſtrauiſſem: aufugi ad montes. Quod ille ut aĩad/
uertit canes aduerſus me incitauit. Hi cũ plures eẽnt: atq; ad urſos expugnã
dos ualidi ueritus: ne me dilaniarent: ſi me cõpræhendiſſent: decreui ſatius
eſſe domum reuerti. Itaq; eodem curſu ad ſtabulum e ueſtigio ſum regreſſus:
illi cõtinuerunt canes currentes. Me uero haud prius percutere deſtiterunt
q̃ ut ex dolore cacarem olera comeſta. Et iam abeundi tẽpus aduenerat: cũ
illi grauioribus rebus: quas furto ſurripuerant: dorſo impoſitis: abierunt.
Ego & uerberibus: & onere admodũ defatigatus: ungulis inſuper de uia cõ
tritis: decreui me in uia proſternere: neq; exurgere: etiam ſi me uerberando
necaſſent: eo pacto ſperaui: illos neceſſitate cõpulſos: ſarcinã: qua p̃ſſus erã:
inter equum & aſinum partituros: meq; ut inutilem relicturos lupis. Sed ne
ſcio quis demũ inuidia motus mea conſilia in contrarium uertit: nam alter
aſinus fortaſſis idẽ cogitans de uia cecidit: quẽ illi miſerum baculis ꝑcutiẽ
tes: ubi exurgere neq̄bat: neq; ꝓdeſſent uerbera: alii cauda: alii auribus app̄
henſum ſurgere implebant. Cum uano labore in caſſum tẽpus tererent (aſi
nus. n. in uia ſtratus ueluti lapis iacebat) illi ad fugam intenti: ne fruſtra tar
darent: dempta ab aſino onera mihi: & equo impoſuerunt: aſellum uero mi
ſerum: captiuitatis: & oneris ferendi ſociũ: abſciſſis enſe cruribus: adhuc ſe/
mianimẽ e loco ꝓcipiti deiiciunt: mors illi attulit laborum finẽ. Ego uidẽs
quorſum mea euaſiſſẽt cõſilia: ſtatui æquo animo ferre ſarcinã: & prõpte iter
cõficere: ſperans roſis aliquãdo repertis: me priſtinã formam recuperaturũ:
præſertim cũ ex latronũ percepiſſem uerbis: parũ itineris ſupeſſe ad locũ: in
quo depoſitis ſarcinis manerẽt: meq; etiã curſu: ſi opus fuerit: ad proficiſcen
dũ paro. Ante ueſperã uenimus domũ: anus uetula intus ſedebat ad ignẽ:
illi depoſitis ſarcinis uetulã rogant: cur ſedeat: ac nõ potius prãdiũ paret.
Illa oĩa eẽ prõpta ait panes pluriſos: uinũ uetus: ac ſylueſtres carnes. Collau/
data uetula: ueſtibuſq; depoſitis: ad ignẽ ſe oleo unxerũt. Vas erat aq̃ plenũ
calidæ: qua ſe lauerũt. Supuenere paulopoſt adoleſcẽtes aurũ argẽtũ: ueſtes:
ac muliebrẽ uirileq; ornatũ portãtes: cõem oĩbus ꝑdã. Quibus rebus ĩtus de
latis: & eodẽ ipi pacto ſe lauerũt. Erat illis prandiũ fertile: ſermo homicida/
rum uarius. Anus mihi: & equo ordeũ ꝓbuit: ille cibũ auide uorauit timẽs
(ut par erat ne eſſem ĩ edẽdo ſocius. Vbi mulier abeſt ego panẽ: q ĩtus erat
cõedi. Poſtridie relicto: cũ uetula adoleſcẽte quodã: ad opꝯſuũ abierũt. Ego

ſentiens cuſtodes mihi ĩpoſitos diligentes (quidẽ contẽnebã) cum facile ex eius conſpectu fugerẽ. Sed adoleſcentem præcinctũ enſe in me ſepius reſpicientẽ: adq; adſeruantem hoſtiũ formidabã. Poſtridie circiter noctẽ mediã reuerſi fures: neq; aurũ: neq; argentum tulere ſed uirginem formoſam: ſane flentem: capillis ſparſis: abſciſſa ueſte: hanc in ſtraminibus poſitã: bono animo eſſe: iubẽt: mandantes uetulæ: ut continuo domi eſſet: uirginẽq; adſeruaret diligenter. Quæ neq; potum: neq; cibum capere uoluit: ſolũ gemens: ac lacerans capillos: adeo ut & ego quoq; illius cõmotus fletu ſibi iuxta propinquus lachrymarẽ. Interim extra domũ fures in porticu cænãt: facto die explorator quidã adueniens nunciat: quendã aduenã ea die multis cũ opibus tranſiturũ hi ut erant armati conſurgentes me & equũ ſtratos abeuntes ducunt. Ego infelix ignorans me ad pugnã: & bellũ duci: cũ tarde irem ligno percutiebar: poſtq̃ ad locũ peruentum eſt: qua aduena ille profecturꝰ erat: in uehicula & ſarcinas incidentes hominẽ cũ familia occidunt: præcioſioribꝰ rebus mihi & equo in poſitis: cũ reliq̃ ĩ ſiluis abſcõdiſſẽt: reuerſi ſunt. Ego cũ baculo ſæpius ictus eẽm: ungula offendo ĩ lapidẽ acutũ: ex offenſiõe fit ſũmo cũ dolore uulnus: quo factũ ẽ: ut reliquũ uiæ cõficerẽ claudus. Tũc illi: qd opus eſt ĩuicẽ aũt hũc aſinũ nutrire ſepius ceſpitãtẽ: ex aliquo demus eũ p̃cipitẽ loco: inutilẽ beſtiã tãq̃ futurã (ut ſolent exercitus) expiationẽ. Cũ hæc aduerſum me machinarentur: ego intelligens omnia: quod itineris ſuperfuit oblitus uulneris peregi. Timor enim mortis oẽm abſtulit uulneris dolorẽ. Vt uero ad diuerſoriũ peruẽtũ ẽ: onera cũ depoſuiſſent a nobis: diſcũbentes cænant: deinde noctu cũ recedere uellent: quo reliq̃ e ſyluis deportarent. Quid unus inquit hunc miſerũ deducamus aſinũ inutilẽ propter ungulæ uulnus: hæc quæ ſuperſunt partim nobis metipſis: partim equo deferenda ĩponemus. His dictis abierunt: una equum ducentes: Nos cum luceret: lunæ beneficio ego mecum locutus. Quid amplius inq̃ expectas miſer: eſca uulturibus: & eorũ pullis futurus. Nunquid nõ intellexiſti quæ iſti de te ſunt inuicẽ collocuti? uis ne ex alta crepidine deiici: nox reſplendet: fures abiere: pete fuga ab iſtis homicidis ſalutẽ. Hæc mecũ cogitans: cũ uiderẽ me ſolutũ (laqueus enĩ ſuſpenſus pendebat) ad fugiẽdũ maxime ſum cõmotus. Itaq; domũ exiens: cæpi curſu fugere. Quod anus ubi conſpexit me per caudam retinebat. Ego rẽ dignã præcipitio: & alia qua uis morte putãs ſi a uetula retinerer: mulierẽ trahebã. Illa magna uoce ĩplorat uirginis opẽ: quæ cũ prodiiſſet: conſpecta re: facinus eſt auſa nobile: & memoratu dignũ. Nã ſuper me aſcendens: fugæ comes facta eſt ego tũ fugiendi cupidus: tũ puellæ gratia: extento curſu abibam: anicula poſt nos relicta uirgo: orabat pro ſalute deos: ad me uero: ſi me inquit: ad paternã domũ perduxeris: primũ ab omni opere te liberum faciam: tũ ordei medinnus erit tibi ſingulis diebus cibus. At ego tũ interfectores meos fugiens: tum pollicitationibus puellæ motus: neglecto uulnere currebã. Vt uero ad triuiũ quoddã peruenimus: hoſtes noſtros redeuntes ĩcidimus: qui a longe propter lunã infelices

captiuos cognouere currentes: Cū me cōprehēdiſſent ĩ uirginē uerſi: o ſpe/
cioſa uirgo: qd miſella inquiūt per ignota pgis loca! nunquid dæmones nō
extimeſcis: redi igiť: nā te tuis reſtituemus. Quæ quū redētes dixiſſent: me
retrouerterunt: tū pedis: & uulneris memoria quū renouata eſſet: claudica/
re cæpi. Illi: nunc tandē captus claudus factus es aiunt: cæterū fugiens non
ſentiebas uulnus: ſed ſanus uidebare: equo & auibus uelocior curſu. Hæc in/
ter uerba adeo me lignis percutiebant: ut iā ulceribus poſteriora ĩfecta ſint:
Domū ingreſſi anū laqueo e petra ſuſpenſam ĩueniunt: uerita.n. (ut æquū:
erat) latrones ꝓpter uirginis fugā: laqo uitā finierat. Qď illi admirantes:
ſciſſo fune imū in præcipitē egere: deĩde ligata uirgine: ſunt ad cænā profe
cti: qua multo potu traducta: quū de uirgine colloquerenť. Quid ait qui/
ſpiā ex eis de hac fugitiua agendū? quid: cenſes alter: niſi eodē illā loco: quo
uetulā noſtrā præcipitē agamus: nā & utilitatē nobis auferre conata eſt: &
nos: artēꝗ noſtrā proderet: ſcitis enĩ ſi ad ſuos perueniſſet: in periculo uerſa/
retur uita noſtra: nā omnes a pluribus ex in prouiſo circūdati fuiſſemus cap
tī. Quare ulciſcamur hanc uitæ noſtræ inſidiatricē: ſed nō ita ut e ſexto pro
iecta morte pereat repentina: mortis genus: quo lōge dolore afficiatur: repe
riūdū eſt nobis. Cū de illius morte diſceptarent: adiiciā ait huic: qď & uos
probabitis: aſini interitū: quoniā ſemper tardū: nūc uero ficte claudicantē
oportet perdere: &.n. fugæ uirginis factus eſt ſocius: & miniſter. Hunc ĩter
ficiamus primū: tū ſcindamus uentrē: atꝗ inteſtinis abiectis: intus uirginē
inducamus: ita ut ſolū ſuper extet caput: ne e ueſtigio ſuffocaretur: reliquū
corpus infra uentrē lateat: quo conſuto ambos uulturibus eiiciamus nouo
more præparatū cibū. Aduertite quæſo ad hoc tormēti genus: primū uiua:
mortuo aſino: hærebit: deind ſole urente in eius uentre decoquatur: inſup
fame ad mortē torquebitur: neꝗ poterit ſeipſam perimere: cætera: qbus ex/
cruciabiť: tū ex putrefacti cadaueris fætore: tū ex uermibus ſcatrientibus.
Prætermitto uultures dñiꝗ cadauer depaſti: & uiuētē quoꝗ una laniabūt.
Ad hoc monſtro ſimile acclamantes omnes: rem cōprobauere. Ego meip/
ſum deplorabā tanquā iā moriturū: neꝗ tantū meo interitu dolebā: quātū
ꝙ receptaculū eſſem futurus ĩfelicis puellæ: quæ nihil admiſerat mali. Iam
diluculū aderat: cū ſubito manus aduentat militū ad hos ſceleſtos latrones
capiendos: quos oēs uinctos ad eius oræ præſidē perducunt. Inter hos mili
tes: qui puellā deſponderat: latronū inueſtigator aderat: hic uirginē dorſo
meo ĩpoſitā ad ſuos reduxit. Domeſtici nos etiā a longe cōſpectos ut agno/
uere: me illis aduentū noſtrū uoce ſignificāte: profecti obuiā domū perdu/
cunt. Virgo multū de me locuta: & captiuitatis: & fuge ſotio: & una ad
mortē deſtinato: cura mei demandata: cæteris medinnū ordei præbere iuſ/
ſit: etiā fœnū quantū ſufficeret camello. Ego conſpectis canibus: qui in aulā
introeuntes: multa ut in diuitis hominis nuptiis uorabant: paleſtrā ſum exe
cratus: quæ me non in canē ſed aſinū ſua arte transmutaſſet. Haud mul/
tos poſt nuptias dies: uolens mihi uirgo promiſſam gratiā referre: partē ut

me liberũ dimitteret: hortata eſt: Ille ſubdiuũ cũ equaꝝ armẽtis liberũ in uo/
luptate & equas ſubagitare cũ uellẽ permiſit. Quæ cũ mihi optima generę
redhibitio uiſa eẽt: ſi mei arbitrii res fuiſſet. Aduocato itaq; equaꝝ paſtore:
me ſibi permiſit lętũ: tanq̃ nõ amplius ſarcinarũ moleſtiá ſubiturũ: eq̃/
bus paſtor immiſcuit: ducẽs ſimul ad paſcendũ. Sed cõtra: atq; opinabar ac
cidit: ná qui armento præerat: íclusum me reliquit: uxor illa ad piſtrinũ il/
ligatũ: & triticũ: & ordeũ molere cogit. Mediocris hic erat labor: grato prę
ſertim aſino molere: quantũ domino ſat eſſet. Sed mulier íntenta quæſtui: &
in aliorũ quoq;: qui plurimi in agris erant: opera ad farinæ mercedẽ miſerũ
fatigabat collũ: íſuper ordeũ mihi debitũ cibũ cõfricans: ac molere cogens
placentas ex eo in ſuum uſum faciebat: dabatur mihi furfur pro ordeo: ſi qñ
paſtor íter armẽta ire ad pabulũ equorũ fineret: qui me uelut adulterũ ſuſpi
cabantur calcibus: & morſibus íſeſtabar: adeo ut nullo pacto zelotipiá uale/
rẽ fugere. Macilentus igitur paruo tẽpore factus ſum: ac deformis: neq; do/
mi a piſtrini labore qetus: neq; in agris paſcens: quũ nõ eſſem ab equoꝝ pſe
cutiõe tutus. Deſtinabat etiá quandoq; ad mõtes lignorũ ſarcinas laturus:
quod malũ cæteris erat in oĩbus deterius. Ná primũ aſcẽdẽdus mõs erat ſa
xoſus: aſpa: ac dura mihi: ut q abſq; ſoleis eẽm: uia ducebar a puero aſinario:
q me aliqñ nouo more pderet. Percutiebat currẽtẽ: neq; ſimplici ſolũ ligno:
ſed eo: cui freqntes: atq; acuti ſtimuli eẽnt íſixi: is ſemp poſteriora dorſi pur
gebat: adeo ut nates ulceribus inquatæ: ſemp ab illo eodẽ loco uapularent.
Onus præterea imponebat: & elephanto graue. Deſcenſus mõtis licet eſſe
præceps: tamẽ continuis præmebat uerberibus: ſi qdo ſarcina í alterá decli/
naret partẽ: nequaq̃: aut demebat ligna: aut íponebat leuius: ut æquaret la/
tera: ſed graues addebat lapides leuiori parti. Ita redibá miſer: tũ ligna: tũ
ſaxa inutilia ferens. flumen erat in itinere abſq; naui: ille calceis parcẽs a po
ſteriori parte poſt ligna ſupra me quoad fluuiũ tráſiuiſſem inſidebat ſi uero
(ut ſæpe cõtigit) labore: atq; onere nimio lapſus cecidiſſem: tũ mihi calami
tas aderat nõ ferenda: nõ.n. deſes me ſubleuabat manibus: aut camo erige/
bat: aut reddebat ſarciná leuiorẽ: ſed a capite atq; auribus ícipiẽs me ligno
percutiebat continue: quoad plagarũ multitudo me cogeret ad ſurgendũ.
Aliud quoq; malũ ítolerabile ſum ppeſſus: ſpinaꝝ qppe acutaꝝ faſſem: quẽ
ferebá a poſteriori parte ſuſpẽſum caude alligauit: ut pẽdens crura mouentẽ
(ut ambulanti neceſſe erat) acerrime pungerẽt. Neq; uero huic malo obuia
re potis erá: hærentibus ſemp ſpinis: ac propter íceſſum repercutientibus.
Ná ſi remiſſimus ícedens deuitarẽ ſpinaꝝ ictus: ligno ualde uapulabá. ſi ba/
culũ euitarẽ citius ambulans: grauius poſteriora torqbantur a ſpinis. Erat
aſinario illi omnino me perdendi animus. Itaq; cũ illũ aliquádo calce pcuſ
ſiſſem: nunq̃ eſt id oblitus: iuſſus ſtupá de una regione in aliá tranferre: illá
ſuper dorſum meũ arcte alligauit: íteritũq; ex eo mihi machinatus: cũ paulu
lũ pceſſiſſem: raptũ ex igne torrẽ exuſtũ íſra ſtupá abſcõdit: qua ſubito ícen
ſa: ego ignẽ ſentiens: me cõburendũ: in conſpectũ forte de uia ſtagnum me

ſunt oẽs ut uides. uis & mulieres ꝑducã? Clo. etiã qui naufragio ꝑiere: una
enim modo tui ſunt: & fato ſimili ac pari. Mer. uis & qui febre? Clo. & hos
ſimul ac cũ eis agathoclẽ medicũ: uerũ ubi nã & philoſophus cyniſcus: cui
quũ eſſet hecates cænã & expiationũ oua epulaturus: prætereaq; ſepiã: mo
riẽdũ fuit. Cyniſcus iãpridẽ tibi aſto: heus tu optima cloto: quo nã meo fa-
cinore uel ĩprobitate ꝑmiſiſti: me tã diu apud ſuperos ꝗſi ut arbitror totũ in
me fuſum explicaſti. Quinetiã quũ tẽtaſſem ſæpius intercidere: neſcio quo
pacto diſrũpi nõ poterat. Clo. equidẽ te humanorũ facinorũ reliqrã contẽ-
platorẽ: & medicũ: ingredere tamen fortuna bona. Cy. per iouẽ niſi prius
uinctum hũc introduxero haud quaquã ingrediar: uereor enim te præcã
do: & rogitando ſeducat. Cloto age dũ uideã: quis nã is eſt. Cy. megapen-
tes lachydi tyrannus. Clo. ingredere tu Me. nequaquã o hera mi cloto. qui
imo permitte me parũper redire ad lucẽ: deĩde uero ad te ueniã uocante ne
mine. Clo. quid illud eſt: cuius gratia abire hinc cupias? Me domus primũ
mihi eſſet tuo ꝑmiſſu abſoluenda: quæ per me ſemiperfecta relicta eſt. Clo.
deliras: ingredere iã inq̃. Me. nũ multũ expoſito temporis o diua mi cloto:
unũ ſaltẽ: & hic diẽ ſinito me manere apud ſuperos: quouſq; uxori palã fa-
ciã: quo in loco theſaurũ magnũ habueri defoſſum. Clo. eſſet id tibi uolupe
haud ĩpetrabis. Me fiet itaq; tanti auri iactura? Clo. minime fidens eſto me
gacles mẽpe tuus nepos capiet. Me. o iniuriã: ille me ne mihi ĩfenſus & ho-
ſtis: quẽ ipſe ante hac præ ĩcuria ac negligentia nõ ĩteremerim? Clo ipſe idẽ
& tibi erit ad quadrageſimũ annũ ſuperſtes: uel paulo pluſculũ. Itẽ & concu
binas: ueſtẽ: & aurũ oẽ tuũ habebit. Me haud recte mecũ agis o cloto: mea
omnia mihi ĩfeſtiſſimis impatiens. Clo. tu uero o præſtantis animi uir: nõ
ne chydimacũ: cuius fuerant hęc omnia ſubſtuliſti ei uita: inſuper ſpiranti
adhuc illi liberos adiugulaſti. Me nunc uero mei iuriſdictionis erant effe-
cta. Clo. ergo earũ poſſeſſionis tẽpus: & tibi deceſſit. Me. uerũ audi obſecro
o cloto quę uelĩ tibi ſeorſum: audiente nemine dicer: uos uero ſecedite pau-
lulũ: ſi me miſſum feceris: abireq; permiſeris: polliceor me tibi hodie daturũ
talenta mille auri ſignati. Clo. etiã nunc aurũ o ridicule menti habes? Me.
crateres binos ſi libet addã utroſq;: talenta cẽtũ auri puri appẽdentes quos:
enecto cleocrito: ſurripui. Clo. trahite hunc: uidetur. n. nõ libens ad nos itu
rus. Me. uos teſtor equidẽ imꝑfectus mihi relinquit occœptus murus & na-
ualia: quæ procul dubio perfeciſſem: ſi ad quintũ ſuper uixiſſem diem. Clo
hæc haud tibi ſint curæ: aliqd molietur: & conſtruet. Me. illud tamen iure
expoſco. Clo. quale illud ẽ. Me. eo uſq; reuiuiſcere: quo ad ſubactis ꝑſis: & ly
dis tributa imponam: mihiq; monumentum excitem: ac ſtatuam peregregi
um: ubi cuncta per me bella magnifice geſta: dũ eſſem in uita ĩſcribam. Clo.
heus tu his rebus conficiendis haud certe diei unius: ſed annorum uiginti
tẽporis expoſcis. Me. quin etiam paratus ſum ſponſores dare tam celerita-
tiſq; reditus: uel ſi libet: antandrum amantiſſimum filium meum pro me
tradam. Clo. o inquinatiſſime: illũ inquis quẽ perſepe ꝓcabare reliquere ti-

bi in terris ſupſtitem. Me. precabar hæc olim: in præſentiaꝝ uero id uelim quod mihi uideo præſtare. Clo. ueniet tamẽ & ille poſt te paululũ ꝑ nouũ imperatorẽ trucidatus. Me itaqꝫ ne illud mihi cõtra dixeris o diua. Clo. quod illud eſt? Me. uidere uelim q̃ poſt me futura ſunt: quẽadmodum ſe ſint habitura. Clo. auſculta ergo: ut his cognitis angaris magis: & doleas: uxorem medas ſeruus: quam & olim adulterauerat: habiturus ẽ tuã. Meo hominem execrãdum: quẽ ipſe uxori ꝓ eo præcanti morẽ gerens dimiſi liberꝫ. Clo. filia uero inter præſentis tyrãni cõcubinas diliget. Imagines autẽ & ſtatuæ: quas quomodo dã tibi ciuitas erexerat: euerſæ riſum præbebũt ſpectãtibus. Me dic mihi amicorũ nemo moleſte iſtæc fert? Clo. quis. n. erat tibi amicus uel cuius rei gratia effectus? An ignoras q te uenerabantur: dictaqꝫ ac facta tua efferebãt laudibus: uel timore: uel ſpe aliqua id egiſſe: quũ eſſent principatus: & dignitatis amici: & tẽpori iſeruientes? Me. in conuiuiis tamen frequentes: & uoce ſublata: & uotis mihi bene eſſe cõprecabantur: uel ſi licuiſſet prõptiſſimos eſſe eorum ſingulos meæ uitæ ſuã poſt habere: & priores obire mortẽ: deniqꝫ ſolus erã illis iuſiurandũ. Clo. cur igitꝰ apud horum quẽdã heri quũ cænaſſes e uita ſublatus es? qd. n. tibi poſtremo bibendum oblatum eſt: te iſtuc tranſmiſit. Me. ergo ea pp neſcio qd præ ſenſi amaritudinis. ueꝝ qd ille uolens id effecit: Clo. multa ꝓcontaris quũ ingredi iam tibi neceſſe ſit. Me unũ illud me angit maxime o cloto: quo paululũ reflectere ad lucem cupiebam. Clo. quid illud eſt? apparet enim aliquid ꝑ magni eẽ. Me. carion meus uerna: quũ primũ me mortuũ inſpexit ſub ueſperũ domũ: ubi ipſe iacebam: aſcẽdit: quũqꝫ id illi ꝑ ocium liceret: nemo. n. erat: q me cuſtodiret relictus: clycerium cõcubinam meã ſeorſum agens ꝓ priſtino (ut arbitror) libidis comertio: attracta: & occluſa porta iceſtabat: ea licẽtia ac ſi nemo intus affuiſſet. Quũ aũt ſatis coepiſſet uoluptatis ad me cõuerſus inqt: tu uero inquinate homuntio plagas mihi haud merẽti ſæpe intendiſti: his dictis barbã euelebat: & cedebat caput. Deniqꝫ quũ pingue quoddã excreaſſet: me inſpuit: & hic ſuperabi inquiens ad impiorum loca exceſſit. Ipſe uero ita incẽdebar: neqꝫ illi quũ exãguis eſſem: & frigidus officere qcq̃ poterã: ancilla uero ſceleſta illa quũ primum aduentantiũ quorundã ſtrepitũ ꝑſenſiſſet: ſaliua oculos circunlita: q̃ſi me defluiſſet clamitans: & me inſup nomine appellans abſceſſit: quos ſi comprehendero? Clo. deſine minari: et ingredere: tẽpus iam eſt: ut te in iuditiũ offeras. Me. Quis autẽ audebit cõtra tyrãnum ſentẽtiã ferre? Clo. contra tyrãnũ nemo: contra mortuũ et rhadamãtus: quẽ cõfeſtim iuſtiſſimum ſpectabis: et pœnas ſingulis ꝓ meritis inferentẽ: quantũ uero ad pñs ſpectat tẽpus ne teras. Me. ſaltẽ me priuatum & ciuẽ facito odiua: uel e numero inopũ: aut ex iperatore ſeruũ: id modo ſine me reuiuiſcere. Clo. ubi nam ille ẽ: q baculum geſtat? & tu o mer trahite hunc intro a pedibus: nõ. n. ultro inſcendet. Mer. ſequere nunc fugitiue: excipe hũc tu o portitor: & acerrime deligeꝰ ad malũ. Me. ꝑfecto throno me iſidere cẽt decẽtius. Clo. q̃obrẽ? Me. quoniã me ioue tyrãnus erã: & armatos habebã

Inumeros. Clo. deinde nõne merito uellebat te carion quũ ſis adeo ſeptus: & ſiniſter? uerũ ſi lignũ deguſtaueris: pacerbã hanc tuã habebis tyrannidẽ. me. audebit itaq; ciniſcus iſte mihi baculum ĩtẽdere: nonne ego te dudum: quũ dicatior eſſes & ad mordẽdũ actior ꝓpe ſude trãſfodi? Cynea: ꝓpter ma nebis huic malo afixus. Micy. Dico mea cloto: de me uero nulla uobis habe tur rõ: uel forte: quia ĩops ſum: eo & ipſe poſtremo ſum ingreſſus. Clo. tu ue ro quis es? Mi. credo & coriarius. micyllus. Clo. deinde adeo ægrefers mo/ rã nõne uides quãta tyrannus iſte polliceaẽ ſedaturum: ſi ad breue fuerit di miſſus: ſubit me itaq; admiratio niſi & tibi ꝑ grata ſit hæc tarditas. Mi. au/ di o dearũ optĩa: non multum me cyclopis delectat donũ pollicentis ſe ut in ultimo cõmeſſurum: me igitur uel primũ: uel poſtremũ iidẽ expectant dẽtes præterea nihil eſt mihi cum diuitibus ſimile: longe. n. differens mea ac illo/ rum (ut aiunt) ẽ uita: Tyrannus. n. quũ felix uideretur eẽ in uita: minabun dus cunctis erat: & conſpicuus: Quumq; tantũ auri & argenti reliquiſſet: ueſtẽ inſuper & ſomnos: cænas: & optime formæ mulieres merito dolebat: & ab his reuulſus angebatur: Neſcio. n. quo pacto iſtiuſmodi rebus tanquã uiſco ĩhæreſcit animus: neque ab his diſcedere facile patitur: quibus olim inhæreſcit: quin etiã diſrumpi nexus ille nõ poteſt: quo eos uinciri: & ob/ ſtringi cõtigerit: utpote & ſi huc inuiti deferunẽ: clamitant: & obteſtantur: Quumq; fuerint in reliquis audẽtes: timidiores ad uiã: q̃ ducit ad ĩferos: ad eundũ reperiunẽ. Itaq; ſe retro conuertunt: nõ ſecus ac ſolẽt: qui nimio amo re rapiuntur. Volũt enĩ lucẽ: ac ſuperos: uel eminus ꝓſpectare cuiuſmodi rẽ leuiſſimus hic factitabat: qui ſecundũ iter fugitans: nunc & ĩprecatur: & ob ſecrat: Ipſe uero: q nihil in uita habuerĩ: qđ me teneret: nõ agrũ: nõ domũ: nõ auꝝ: nõ uaſa: nõ gloriã: ñ imagĩes: merito erã expeditus & liber: adeo ut quum mihi dumtaxat atropos inuiſſet: ipſo cultro: uetuſtoq; corio: & crepi/ dis ipſis: quas in manibus habebã: reiectis: libens: ac deſiliens ſtatim: & nu/ dis pedibus nondũ atramentum & nigredinẽ abſterſus ſecutus ſum: qn im mo præuius fui: & ductor anteriora ꝓſpectãs. Nihil enim me: quod dimiſiſ/ ſem: retrahebat: aut reuocabat: & me ioue: quæ apud uos ſunt: bõa mihi ap/ parẽt oĩa: Nã & pares hic eſſe hoĩes: & neminẽ a ꝓximo differre ſuauiſſimũ eẽ uideẽ: Video etiam hic & debitores ipſos haud repeti: neq; tributa dari: & qđ maximũ ẽ: neq; hyeme ipſo algere quenq̃: aut egrotare: neq; a potẽtio/ ribus cædi. pacata enĩ ſunt oĩa: Inſuper & res ipſæ a noſtris lõge diuerſæ: & ĩ contrariũ reuolutæ. Nos. n. inopes & calamitoſi ridemus: anguntur aũt: & ingemiſcunt diuites. Clo. iamdudũ te o Micille ridentẽ ĩſpexi: quid autẽ il/ lud erat qđ tibi maxime riſum mouebat. M. audi diuarum ueneratione di gniſſima: quum enim apud ſuperos tyranno: & mihi commune fuiſſet do micilium: diligentius animaduertebam quæ per eum gererentur: & ita ut mihi tũ: deo cuipiam ſimillimus eſſe uideretur: ex ipſoque purpureo flore: quo induebatur: perbeatum exiſtimabam. Inſuper & ſequentium ſe turbã: aurũ: & uaſa gemmis ornata: lectuloſq; argento excultos: & paratæ cœnæ

nidorem:qui me ſuffocabat:conſpicatus:d iuinus quidam uir mihi appare-
bat:adeo ut reliquos homines quaſi multū pulchritudine anteire uideret:
& forma:Siquidē ellatus mēte grauiter: & diſtenta ceruice ob uiis quibuſq;
terribilis:& minax īcedebat.Poſtq̄ uero naturæ cōceſſit deliciis ſpoliatus ri
diculus q̄dā mihi uiſus eſt:nec minus me ipſum irriſione di gnum exiſtimo:
q̄ tale ſcelus demirarer ex nitore coniectans hoīs felicitatē: & ob coclearum
ſanguinē:quæ in laconico ſunt mari:beatū dicerem:neq; hunc ſolum:ſed fe
neratorē etiā gniphonē:quē nunc uideo īgemiſcentē:& pœnitentē: q̄ ſuis
nō ſit pecuniis pfunctus:ſed illis īguſtatis obierit mortē: p digo & inceſto
rodochari bona relinquens ſua .Is enī pximus illi erat genere: unde & pri-
mus lege in hereditatē uocabatur.Itaq; nō poſſum mihi ſatis a riſu tēpera-
re:pſertim quū memor ſim:q̄ ille pallens ſemp eſſet:& ſqlidus: ac frontem
curis oppletus:ſolis digitis quibus talenta īnumera:computarunt ditefcēs:
paulatim colligens quæ paulopoſt p beatū rodocharem effunderet: ſed qd
nō abimus?Interuigandū nāq; dabit:& de reliquis ridendi locus: quando
& hoſte uidemus cōgemere:& lamētari. Clo.ingredere:ut anchorā ſuſpen-
dat portitor. Cha.heus quo tendis referta nobis eſt iam ratis hæc:& opple
ta oppire ī craſtinū:te.n.prima luce trāſuectabo. Mi haud recte mecū agis
o charon:quū inanē & leuē relinquis mortuū equidē iniuriæ per me apud
radamanthū inſinuabere.o eq̄ male mecum agitur: iam nauigāt: ipſe uero
hic relinquor ſolus. Verū cur nō ad ipſos enato:neq; enī uereor ſi forte deſe
cerim:quū ſim mortuus:ut demergar:Inſuper neq; obulum habeo:unde p
traiecto mercedem dependam. Clo.quid illud mane o micylle. non.n. fas
eſt:te hoc pacto tranare. Mi.quinetiā uos forte:nādo pueniam. Clo. nequa
q̄ o micylle:nos uero hunc adnauigantes excipiamus: tu uero o mercuri cō
pone eū & cura. Cha.ubi nam aſſidebit:oppleta ſunt:ut uides oīa. Mer.hu
meris & dorſo ſi uidet tyranni. Clo. Recte mercurius excogitauit. Aſcen-
de itaq;:& collū ſceleſti tyrāni huius īculca:nos uero recta nauigemus. Mi.
heus tu o charon optimū eſſe arbitror:uel hinc tibi uera pdicere: ego quū
nauigandi finē fecero:careo quē tibi dē obolo:nihil.n.mihi pter hanc pe-
rā & lignū hoc:ut uides ineſt.Reliq̄ paratus ſum ferre:q̄ lubet:uel ſi ſpecula
torē eē iuſſeris:aut ſi rectum mihi & ualidū remum conceſſeris:nihil eris de
me q̄ſtus. Cha.remiga:id enim ex te accepiſſe erit ſatis. Mi.uel ſi q̄ppiā eſſet
ſuccinendum. Cha.per iouem ſi nautici cuiuſpiam fueris carminis gnarus.
Mi.noui pleraq; o charō.ſed obſtrepunt hi (ut uides) deplorantes: ita ut no
bis cāt9 oīs obturbaret. Mer.heu q̄lis mihi facta ē rerū iactura quos agros
reliqui. At at q̄lē domū: quot talēta meus hæres ſuſcepta hereditate male
diſponet:eh eh nup natos quos dimiſi liberos:quis uero uineta:q̄ anno ſu-
piori plātauerā:leget?uel faciet uindemias? Mer.micylle tu nō nihil q̄reris.
neq;.n.fas ē queq̄ apud nos ne lachrymis traiicere: Mi.deſine nihil ē qd de
plorandū cēſeā:quū tā bona utar nauigatione. Mer. Tū p conſuetudie uel
paululū īgemiſce. Mi.ingemiſcam itaq;: qū id tibi uſ o mercuri. Veh mihi

ubi nã mea ſarcita ſunt coria: heu ubi & uetuſtæ crepidæ: at at ubi putreſcen tes: & obſoletæ ocreæ. Nõ. n. ipſe amplius a mãe ad ueſperã uſq manebo ipa ſtus: neq p hiemẽ diſcalciatus: & ſeminudus uagabor dẽtes p algore cõcuſ ſans. Quis igit meũ habebit cultrũ: & ſubulã? Mer. ſatis deploratũ ẽ. iamq ꝓpe modũ nauigãdi finẽ fecimus. Cha. agite: pſoluite iã pro tranſuectatio ne hac mercedẽ: & tu oĩum primus o micylle redde obolũ: Mi. iocariſ o cha rõ, uel in aq (ut aiũt) ſcriptitas: ſperans a micyllo obolũ te aliquẽ accepturũ. Primũ eqdẽ ignoro: utrũ q̃dratus obolus iſte ſit: an rotũdus. Cha. o uena tionẽ optimã hodiernã hãc: & lucri plenã. Sed ꝓdite iam mihi: nãq equos: boues: & canes: ac reliq aĩantia adeundũ eſt: traiectura enĩ & illa ſunt: Clo. recipe hoſce tu mercuri: & ducito: ipſa uero ad alteram fluminis partẽ naui gatura ſum indopatẽ & hiraminthrẽ deductura. ii enĩ quũ pro terræ limiti bus altercarent: abinuicem trucidati ſunt. Mer. proficiſcamur o uos uno ex ordĩe oẽs me ſequamini. Mi. o hercules: quales hæ ſunt tenebræ? ubi nũc formoſus megillus? uel qs hic queat diſcernere uerũ ſimiche pulchrior: Phri nis ſit? Cuncta enĩ æqua: & colore ſunt pari: multaq hic eſt inter bonum & melius cõparatio: Nã & atritũ hoc paliũ quod mihi antehac deforme uiſum eſt ĩperatoris purpuræ efficit ſimile: iuiſibilia nãq utraq ſunt: & eadẽ caligi ne opta: Tu uero o Cyniſce ubi nã gẽriũ es? Cy. hic ſum & alloquor o mi cylle: uerũ ſi lubet una incedamus. Mi. recte inquis ingere mihi: dextram: dic mihi fuiſti unq̃ in eleuſinis ſacris iniciatus? Ci. id ſcilicet. mi. nonne & tibi hæc eſſe illis ſimilia uidẽt? Cy. recte inquis, ſed en appropinquat quidã te dã geſtans: trux: & minax: proſpiciens nunqd hęc erinys eſt? Mi. ita appa ret ex habitu. Mer. excipe hos o theſiphone: ecce q̃ttuor ſunt & mille. Erin nis. at qui iam diuinos radamãthus pſtolat. rhadam. ꝓductio hoſce o erim nys. Tu uero o mercuri ꝓnũcia & cõuoca. Cy. o radamathe p tuũ & gẽitorẽ oro me primũ oĩum deductũ ad te cõtẽplare: & inſpecta. Rhadam. cuius rei gra? Cy. uelĩ enĩ incuſare quẽpiã: & enuntiare quot mala: quorũ ipſe nõ ſum neſcius inuita geſſerit. Itaq neq ipſe ea narrãs fide dignus haberi poſſum: niſi prius appareã: qualis ſim: & queadmodũ uixeri. Rada. qs nã tu es? Cy. cyniſcus optime tu aĩo: ac mẽte philoſophus. Ra. huc accedito & prior iudi cium adito. tu uero conuoca accuſatores. Mer. quicunque cyniſcum huc accuſaturus eſt: huc prodito. Cy. nemo accedit. Rha. id mihi non fa cit ſatis o cyniſce: uerum exuere: ut te uel ipſis ſtigmatibus: & ſignis con templer. Cy. ubi ego ſtigmaticus factus ſum: & obſignatus. Ra. quæ cunq. n. ueſtrũ qſpiã ĩ uita iprobe geſſerit: ꝓ his ſingulis ſub oſcuriora q̃dã ſi gna aĩæ ĩpreſſa pfert. Ci. ecce adſto iã tibi nudꝯ: itaq diſqre: q̃ dicis ſigna. Ra. q̃ prorſus iſte nitidus: & terſus ẽ: pter tria hæc ſtigmata? aut q̃ttuor ſub nigra ãdmodũ: nec ſatis patẽtia. Verũ qd illud ẽ: ueſtigia hæc & pleraq inu ſtionũ ſigna: neſcio quo pacto delata ſũt: & abſterſa. Quo nã modo hæc ſe ha bẽt o Cyniſce? uel unde tã mũdus effectus es? Cy. dicam: olim quum eſſem ex iperitia ĩprobus: & ea ꝓpter plurima mihi ſtigmata uẽdicaſſem: poſtq̃ oe

lentiſſime philoſophari occepi: illius tam bona: ac perutili medella pauliſper ex anima maculas abſterſi omnes: & dilui. Ra. proficere igitur ad beatorũ inſulas cum optimis una futurus: accuſandus tamen eſt per te prius: quem dicis: tyrannus. tu o mercuri uoca alios Mi. certe o radamanthe quod ad me ſpectat: puſillum eſt: & breuiori inquiſitione indigens: aſto enim tibi iã diu nudus: itaq̃ & me circunſpice. Ra quis enim tu es. Mi. cerdo: & coriarius mycillus. Ra. bene habe o mycille uitidus totus es: & in circũſcriptus: ito & tu cum cyniſco hoc tyrannum iam uoca. Mer. megapenthes lacydi tyrannus adeſto: quo te uertis? accedito: te tyrannum appello: corripe eũ: & produc o cteſiphone in medium: & apprehenſo collo compelle. Ra. tu uero o cyniſce argue hunc: & incuſa: uir enim hic ĩ propĩquo eſt. Cy. omnino aũt neq̃ uerbis eſt opus: cognoſces enim hunc mox ex ipſis ſtigmatibus: qualis fuerit. Veruntamen detegã ipſe tibi hominẽ: & dicendo oſtendam clarius: quæ autem deteſtabilis hic egerit: quum priuatã uitã duceret prętermittenda mihi uident̃. Poſtq̃ uero audaciſſimos quoſq̃ armis munitos ſibi aſciuit: & ciuitati ĩſurgens tyrãnus effectus eſt iniudicatos occidit: ultra mille: & bona ſingulorũ dirripuit. Quum autẽ ad diuitiarum apicem eſſet hoc pacto euectus: nullam ĩpietatis & ſceleris ſpetiem omittens: quauis crudelitate: & iniuria in ciues uſus eſt: Virgines enim corrupit: ephæbos dehoneſtauit: & quouis modo fuit ſubiectis iniuriis. Ob inſolentiã uero hominis: & animi tumorem: & in obuios quoſq̃ ſupercilium: & minacẽ obtutum: nemo unq̃ poſſet de eo digne ſupplicium ſumere. Facilius enim quis ſolem potuiſſe quã hunc fixis & ĩmotis oculis ĩtueri. Pœnarum enim genera: & modos ad crudelitatem inuenta enarrare nemo poſſet. In ĩferendis autem ſuppliciis iſtiuſmodi: & pœnis: uel domeſticis: ac familiaribus ipſis haud abſtinuit: Hæc itaq̃: ne forte uana: & leuis quedã in eum uitiorum uideatur obiectio: affirmabũt ſane: qui ſunt per eũ necti: ſi illos exciueris: qui etiam inuocati (ut uides) adſunt: & eũ circũſiſtũt: urgentq̃ undiq̃: & præmũt. Hi omnes o radamanthe ſunt ab impiiſſimo hoc & ĩſidias paſſi: & necẽ partim uxorũ gratia: q̃ decoræ eſſent: partim: q̃ egerrime ferrẽt: ſuos liberos ad dedecus & flagitiũ rapi: partim etiã: q̃ locupletes eſſent: & probi: & quibus res ſuæ geſtæ minus placerent. Ra. quid ad hæc dicis omnĩ quinatiſſime? me q̃s narrat caedes perpetraui equidem: reliq̃ uero adulteria: & ephæborũ iniurias ac uirginũ inceſtationes falſo in me cyniſcus comentus eſt Cy. de his omnibus o radamanthe teſtes producam. Ra. quos iſtos dicis? Cy. uoca o mercuri tyranni huius lucernã: & lectũ: hi enim quum acceſſerint: perhibebũt quorum ſunt gnari teſtimoniũ. Mer. lectus: & lucerna megapentes adeſte. o bene factũ. ecce adſunt dicto audiẽtes: narrate ergo quorum eſtis megapenti huic conſcii: & tibi o lecte ſit locus dicendi prior. Lect. Vera oĩa cyniſcus tyrãnũ criminando dixit: me uero o radamanthe pudet dicere cu iuſmodi eſſent: quæ me ſuper geſſerit. Ra. apertiſſimũ ad hæc omnia ſatis tuũ hoc facit teſtimoniũ: ſiquidem: explicare ea haud toleras. Tu uero o lu-

æterna dicito: & ipſa de tyranno: quid ſentias. Luc. qualia ille interdiu egerit cũ me habent. non enim aderam: quæ uero noctu tum factitaret: tum pate tetur: tædet dicere: Vidi tamen pleraq; : quæ nec dici poſſunt: & quoduis fa cinus: & ſcelus excedunt: unde proſæpe quum extingui mallẽ quã ea ſpecta/ re: abſtinebam oleo: ille uero me uel inuitam adducebat his: quæ gerebant: & lucem mihi prorſus inquinabat. Ra. ſatis iam habemus teſtium: uerũ exue se hac purpura: ut & ſtigmata enumeremus: pape totus hic liuore oppletus: & obſcriptus eſt immo luridus & obnigratus ex ſtigmatibus ipſis: & teter fa ctus. Quo nam igitur afficiendus eſt ſupplicio? nempe in phlegetontis imit tendus eſt ignem: uel cerbero ipſi tradendus. Cy. minime; uerum ſi id ani/ mo eſt: nouã tibi ac decentẽ ſuggeram pœnam. Ra. dic ut & ipſe ob eam rẽ maximã habeam gratiam. Cy. mos eſt cunctis: quum uita exceſſerint obli/ uionis aquam ebibere. Ra. id quidem admodum. Cy. is itaq; ſolus ſine po/ tu maneat. Ra. quamobrem? Cy. grauiorem enim ſubibit cruciatũ: ſi ſuas delitias reputando meminerit: qualis ante hac fuerit: & quã eſſet in uita po tens. Ra. recte inquis condemnatus itaq; apud tantalum deductus illiget: eorum memor quæ uiuens geſſerit.

¶ Luciani Scipio. Interlocutores: Alexander: Hanibal. Minos. Scipio.

O Libyce: me dicet præponi: melior quidẽ ſum. Ha. immo uero me. Ale. iudicet ergo minos: ſemper iuſtiſſimus iudex eſt habitus. Mi quis es tu. Ale hic eſt hanibal carthaginẽſis: ego autem Alexan/ der philippi regis filius. Mi. per iouem utriq; glorioſi: ſed qua de re uobis altercatio eſt? Ale. de præſtãtia: dicit enim is ſeſe me meliorem q̃ ego ducem exercitus fuiſſe: ego uero non hoc ſolum: ſed omnibus ferme: qui ante meam ætatem fuere in re militari præſtãtiorẽ me fuiſſe affirmo. Mi. di/ cat ergo uterq; pro parte uirili. tu o libyce prius loquaris. Ha. unum hoc me iuuat: ut & hic ſermonem grecum didicerim: ut neq; etiam hac in re alexan der me ſuperet. Illos maxime laudis dignos puto: qui quum parui a princi/ pio fuere: propria uirtute ad magnam gloriam euaſcere: potenteſq; facti: & principatu digni uiſi ſunt. Ego igitur cum paucis quibuſdam heſperiã pri/ mum inuadens: quũ ſubcõſul eſſem optimus a fratre iudicatus maximis re/ bus idoneus uiſus ſum: tum celtiberos cœpi: gallos deuici: & quũ magnos montes trãſmigraſſem: omnẽ heridanũ trãſcurri. multaſq; ciuitates euertis & planam italiam ſubiugaui: & uſq; ad ſuburbia romam graſſatus ſum. Tot que uno die romanos occidi: ut eorũ annulos modiis mẽſurari oportuerit: & ex cadaueribus pontes fluminibus fecerim: atq; hæc omnia peregi: nec amonis dictus illius: neq; deũ me fingens: aut matris inſomnia narrans: ſed me hominem fatebar: pugnabamq;: cõtra duces magna prudentia: con tra milites: magna audatia: atq; fortitudine præditos. Nõ aduerſus medos: aut armenos: qui anteq̃ quiſpiam ſequatur: fugiunt facile: cuiq̃ audenti ui/ ctoriam tradũt. Alexander uero patris regni ſucceſſor: & id fortunæ quodã impetu ampliauit: qui quũ uicerit illũ miſerũ dariũ: apud ipſum & arbellas

uictoriam cepit antiquam ex patre conſuetudinem omittens delabi nō tur pe putauit: ſeſeq; ad medorū delitias inuitari libenter tulit: atq; in cōuiuiis amicos interemit quibus quū morerentur: auxiliari conatus eſt. Ego autē patriæ dominatus ſum: quę quū me reuocaret: hoſtiū magna claſſe aduerſus libyam nauigante: parui continuoq; me hominem priuatum dedi: & dānatus æquo animo rem tuli. Quæ quidem egi barbarus notus: omniſq; græcorū diſciplinæ expers: & neq; homerū: ut hic edidici: & neq; ariſtotele magiſtro eruditus: ſed ſolū mea natura optima ſum uſus. Hæc qdem ſunt: quibus me meliore alexandro eſſe puto. Si uero ea cauſa mihi hic præferendus eſt q; caput eius diademate ornauerit: id deorū forſan apud macedones eſt: non tamen ob id pſtantior hic uideaṫ generoſo duce: & uiro q mētis ſentētia magiſq; fortuna eſt uſus. Mi. hic. n. orationem: neq; ingeneroſam: neq; ut libycū decebat: dixit. Tu uero alexander quid ad hęc inquis? Ale. oportet quidem o minos homini adeo temerario nihil reſpondere. Solū enim te nomen ſatis edocere poteſt: qualis ego rex: qualis hic latro habitus fuerit. aduerte tamen: an parū ipſum ſuperauerim adoleſcens adhuc rem aggreſſus regnū obtinui: & de patris mei iteremptoribus ultus ſum. At quū thebas ſubuertiſſem: toti græciæ terror fui: ab ea dux electus neq; dignū putaui macedonū regno me contentū eſſe: quod pater reliquerat: ſed totū terrarum orbem: durūq; putans: niſi rerum omniū dominus eſſem paucos quoſdam mecū agens in aſiam me traduxi: & apud theogonium cum magna pugna uici: lidiam: ioniam & frigiam: cæpi: & tandem: quæcunque tranſierim ſubiugans: ueni ad ipſum locum: ubi darius me expectabat: infinitos exercitus agens: Poſt hæc o minos neſcis: quot ad uos uno die mortuos miſerim? Dicit enim charon tunc ſibi chapham inſuffeciſſe: ſed ligna quædam adiungens illorū plures tranſportaſſe: atq; hæc confeci me periculis opponens: & in pugna uulnerari non timens. Et ut quæ apud thorū: & arbellas geſta: ſunt ommittam: uſq; indos ueni: atq; oceanū mei regni thronū feci & illorū hominū elephantes habui. Pyrrū uero meū captiuū coegi. & ſcytas homines certe non ſpernendos ſubiugaui: tanaim ſupertrāſiens magna equitū pugna uici: ac amicos meos remuneraui: de inimicis ultus ſum: Si uero deus hominibus uidebar parcendū illis eſt: nam rerū magnitudine: ut tale aliquid de me crederent: inducti ſunt: tandem mors me regem occupauit. Hic uero hanibal apud pruſiam bitiniū exulauit: & crudeliſſmo: & peſſimo homini conueniens erat: q; uero italos uicit: ommitto dicere nam non uirtute: ſed malitia: atq; perfidia: & dolis id peregit: nunq̄ uero alicuius claritudinis: aut iuſti memor: ſed quoniam q; delitioſe uixerim uiſuperauit: oblitus mihi eſſe uidetur eorū: quæ apud capuam admiſerit. Ibi enim mulieribus deditus eſt & uoluptatibus: his uir mirabilis per belli tempus inſeruiebat. Ego quoq; ea: quæ ſub occidente ſunt parua quidē putans: niſi uerſus orientem me ipuliſſem: qd magnificū perfeciſſem: ſed non digna mihi uiſa ſunt illa: contra quæ pugnaſſem inclinata redii dominū me faten

tia. Nam italiam: atq; libyam ditioni meæ adiungens uſq; gades facile iuſſiſſem. Iá dixi. tu quoq; o minos iudica hæc quidē e multis ſint. Scip. non niſi me prius audias o minos. Mi. quis tu uir optime es? aut unde: q̄ hiſce claris ducibus te conferre audes? Scip. italus ſcipio romanus. Mi. audiendus qppe es ſcipio. Ego o minos hæc non dicam: ne preferri uelim: nunq̄ enim huiuſce generis honoris auidus fui: ſed ſemper eſſe q̄ uideri malui: nec qđ iſti utriq; fecerunt in me laudando alios uituperē? iam puero mihi omne uitiū diſplicuit: & bonis artibus a primis annis deditus: humanitatiq; inſeruiēs: ſcire ſolū turpe putabam: ſed opere ſemper ꝑficere quicqd magnificū a maioribus natu: aut litteris didiciſſem: conatus ſum. ita adoleſcens uixi: ut maxima patriæ ſpes fuerim: quæ illam fruſtrata non eſt. Nam quū ſenatus maximo timore: an eſſet patria relinquēda cōſultaret: uix iuuenis: quū ei ætati non liceret: in medios ſenes ꝓſilii: & ſtricto enſe patriæ hoſtē me habiturum profiteor eū: qui deſerendæ patriæ ſententiam protulerit. Quare uix quartum & uigeſimū annū agens dux electus non cū magno exercitu uerſus carthaginem iui: atq; hanibalē ſecutus uici: atq; eū in turpem fugam cōuerti. Et deuicta carthagine non rei felicitate ellatus ſum: eūdem me amici: eūdē me patria poſt uictoriam habuit. Diuites uero in bonis amicis eſſe putaui: non in auro: nam per quattuor & quinquaginta annos: quibus uixi: nihil unquam emi: aut uendidi: ex foro quoq; nunquam diuertiſſem: niſi quempia mihi aliquo modo amicum feciſſem: & ut mercatoribus pecunias lucrari ſtudiū eſt: ita mihi ut adipiſceret homines omni metallo præſtantiores cura erat. Quibus qualis fuerim tutus liuius: cęteriq; hiſtorici teſtari poſſunt. At ex carthagine reuerſus triūphum egi: cenſorq; factus ſum: ægyptū: ſyriam græciam percurri: iterumq; abſens conſul electus bellū maximum confeci: & numantiam euerti: atq; alia egi: Nunquam me aut in proſperis eleuātem fortunam: aut in aduerſis opprimentem uidit quin tanta animi liberalitate uſus ſum: ut quū grandis dominis eſſe potuerim: quattuor & uiginti ſolum libras argenti reliquerim. Illud non tacebo: ſcilicet me nunquam iniuſtum: aut crudelem fuiſſe: aut alicuius generis uoluptate corruptum. Et hęc uti inſipiens dixi: non ea rōne: q̄ præferri uelim rettuli: ſed graue erat non modo ſtrare: ut eſt romanos omni genere uirtutum cæteras gentes ſuperaſſe: Itaq;: ut uiuus ꝓ patria pugnaui patriæq; pietatem mihi: & rebus cæteris prætuli: ſic nunc apud te o minos pro patria hæc dicta ſunt. Mi. per iouē o ſcipio & recte: & uti romanū decet loquutus es. Itaq; quū diſciplina militari: rebuſq; bellicis hiſce æq̄ ē: aut te ꝑſtātiorē diſcamus te ꝓferēdū cenſeo & alexander ſecundus: ſit & tertius hanibal: nec hic qdem ſpernēdus eſt.

¶ Luciani Scaphidium locutores. Charon. Mercurius. Menipus. Carmolaus. Lampicus. Damaſias. Craton. Nico philoſophus. Charon.

AVdite: quoquidem pacto noſtra ſe negocia habeant: parua enim (ut uideris) ac uetus nobis eſt nauicula: rimiſque ſatiſcit: ac fluctuum impulſione naufraga eſt. Vos uero nonnulli ſimul aduenitis plu-

rima quiſq; ſecum deferentes. Si ergo his cum rebus ſcapham aſcẽdetis: ue/reor poſt modum uos poenitebit. maximeq; quiſquis nare ignorabit. Quo itaq; conſilio tute nauigemus: ego uos docebo: nudos: omniumq; uacuos re rum ingredi quoſcunq; oportet: ac cuncta ſuperflua in ripa deponere: hoc itaq; modo: noſtra capax uix erit nauicula. Quare o Mercuri hoc tibi de cæ/tero ſit curæ: præter nudatos: omniumq; uacuos: neminem admittere in ip ſo ſtans introitu: pepla aliaq; (uti diximus) facito quẽcunq; deponere: agno ſce: & recipe: ſed nudatos ĩgredi coge. Mer. perpulchre dicis: ſic enĩ faxo: ſed quis nã eſt is prior. Me. ego ſum menipus: at uide o mercuri perã: baculumq; in lacum ꝓieci: ac palam minime tuli. Mer. aſcende menipe omnium fortiſ/ſime: primumq; apud naturam locum tene: quo poſſis omnis intuerier. Quis eſt hic alter? Car. carmolaus megarẽſis amore ſemper perdito affectus: cu/ius duorum talentum unicum fuit oſculum. Mer. hunc deſere decorem: la/bia: oſcula: comam perpexam: oriſq; ruborem: ac uultus nitorem: o factũ be/ne ingredere iã: Sed quis eſt alter purpurea ueſte ĩdutus: caputq; diademate præcinctus? Lam. ego ſum lampicus. Mer. tot: tantaq; ueniens tecum fers. Lam. decet ne o mercuri hominem regem nudum aduenire. Mer. regem mi nime: mortuũ uero potius: quare his te exue. Lamp. en gazam abiicio. Mer. & inſolentiam: atq; ſeuitiam abiicias o lampice: hæc. n. ſua grauitate noſtrũ ſubmergerent phaſelũ. Lamp. ſic faxo: ſed ſaltẽ diadema concede: ac ueſtem regiam habere. Mer. nequaq̃: hęc etiam cõtinuo depone. Lãp. fiat nunquid uis aliud? nunc oĩbus (uti uides) ſum exutus. Mer. crudelitas: temeritas in/iuria: iracũdia: aliaq; huiuſmodi ſũt ꝺponẽda. Lã. nudus iã nudus ſũ. Mer. er go aſcende. Sed tu tam pinguis: tantaq; carne ſuſtultus? Damaſias athleta. Mer. uideri uideor te in paleſtris exercitatũ eſſe. Da ita: ſed me admitte nu/dum uenientem. Mer. nudus uenis tanta carne refertus: ea eſt deponenda: nam unico dumtaxat pede hoc noſtrũ ſubmergeres ſcaphidium: hæ quoq; coronationes: præconiaq; ſunt abiicienda. Da. profecto nunc q̄dem ſum nu dus: atq; aliis par mortuis. Mer. ſic eſſe magis decet: ingredere iam. Et tu craton has abiice opes: luxuriam pariter ac molitiem: tecum iſta ne deferas monumenta nec non tuorũ auctoritates maiorum deſere. Item & genus: & gloriam tuæ liberalitatis: famã popularẽ: præterea ſimulacra: ac epigrãma/ta: hæc enim o craton ſunt per grauiſſima. Cra. minime ferã. cũctaq; quidẽ inuitus tamẽ deſeram: proh dii immortales: quid iam ſumus perpeſſi? Mer. dii boni: & tu his emicans armis: quid tibi uis? etiã quid ſibi hoc tropheũ? Ni. Quoniã o mercuri ardua domi militiæq; facinora feci: ob quæ ciuitati bus donatus fui. Mer. arma tropheum humi deſeras: nam apud inferos om nia ſunt ſumma pace compoſita: nihilq; his opus eſt armis. Sed quis eſt his: qui ſub honeſtatis habitu ſupcilia elatus: curaq; onuſtus: ac pexa barba or/natus: tam lento pede aduenit. Me. quidem o mercuri philoſophus: imo ma gus: prodigiiſq; refertus: quo circa iube eũ ſpoliari: o q̃ multa ridenda: ioca bundaq; uidebis. Me. in primis hunc depone habitum: tum & reliqua etiã.

Proh iupiter quantam iactantiam: atq; arrogantiam: quantamq; ignauiã: inſaniamq;: & lites: & uanitates: uerbaque ſcrupuloſa: labores uanos: nugas ambages: atq; omnium genera deceptionum ſecum tulit? q̃ primum his te exue: & quoq; mentiri: & potiſſimum arbitrari: & cæteris potiorem eſſe non quinqueremis hæc dumtaxat fere ualeret. Phi. cunctis me exuã. Me o mercuri fac ei barbam abradi: nam eſt res grauiſſima. Mer. item depone barbam philoſophe. Phi. quis eſt tonſor. Mer. ecce menipus: cape ſecurim menipe: barbamq; philoſopho abrade. Me ſerram potius concede: ut res ſit magis ridicula. Mer. ſatim eſt ſecuris: o iam barbam depoſuiſti. Me: non uis & ſupercilia ei abradi? Mer. maxime quid eſt hoc philoſophe: quid lachrymas mortem ne formidas? aſcende bono animo. Me. aliud reſtat magis põderoſum: quod clanculum te gerit. Mer. quid cedo? adulationes: blanditiæq; q̃ alia in uita ſibi ualde proferunt: Phi. & tu menipe: qua gratia hanc tuã non abiicis liberalitatem: læticiam: riſum: ac fortitudinem: num ceteros ſolus es deriſurus. Mer. menipe huiuſcemodi tecum habeto: nam leuia: utiliaq; ſũt: & inter nauigandum oportuna: Sed tu orator deſine tantam elegantiam: copiamq; uerborũ: & quæſitiones: ac ratiocinationes: atq; huiuſcemodi plura: nam p maximæ ſunt grauitatis. Or. morem tibi geram. Mer. ſcaphidiũ ſatis eſt refertum. funem igitur a littore ſoluite: anchoram a prora rethraite: ſcalas tollite: malum ſcandite: agite: uela uentis tradite: tu quoque nauta clauum dirrige: Ad quid fletis umbræ amentes: maxime tu philoſophe? an quia modo barbam depoſuiſti? Phi. non Mer. quamobrem ergo? Phi. quia ĩmortalis eẽ putaui. Me mẽtit: alia retriſtat. Mer: q̃? Me. qm̃ eleganter: copioſeq; queadmodũ ſolitus ẽ de cætero nõ crapulabit: neq; noctu clãculũ ſcortari: dieq; adoleſcẽtes ornatiũculis alicere: ac eos pecũia emũgere ualebit: quo ſobrius ſũmo afficitur dolore. Phi. tu uero menipe non formidas mortem? Me. quo pacto quum ad mortem feſtinauerim: nemine uocante: ſed ĩter nauigandum nonnulla exauditur uox: uti quibuſdam a terra acclamantibus. Mer. ita eſt menipe: nam quidam ad ſubſellia pergunt: qui lampici morte cõgratulantur: eiuſq; uxor magna mulierum frequentia domum reducitur: ac filii lapidibus ex urbe peluntur: alii clophantum laudant oratorem: quidã in cratonem condunt epitaphia: materq; damaſiæ cum muliebri comitatu in funus prodit. Te uero Menipe nemo profecto plorat: ſolus uenis cum ſilentio. Me minime. nonne rixantes audis canes: coruoſq; crochizantes: a quibus ſummo cum certamine iam humor. Mer. ſtrenuus es. Sed iã pfecimus iter deſcendite uos: rectaq; in ius pgite: nobis uero charon pro reliquis nos noſtrũ ad iter reuertamur: Quid tanta cum mœſticia cõtemplamini ius ſubire: ius eſt: feruntq; acerbiſſimas hic eſſe pœnas: ſcilicet lapideas: ac uultures: atq; uitam examinari cuiuſq; neceſſe eſt.

¶ Luciani Palinurus. Interlocutores. Palinurus & Charon.

OBſecro te o charon: ſine me: ut iam nauim conſcendam. Cha. quis me appellas? Pa. ego nauita quomodo dã illius: quem nuper uiuen/

tem traſuectaſti æneæ troiani. Cha. tu ne ille es:qui apud portus uelinos in humatus iacebas? Pa. ille ipſe ſum:ſed crede cæleſtium nutu fieri: ut traſuehar:quorum pdigiis longe:lateq actæ finitimæ gentes:& oſſa mea iam expiauerunt:& tumulum mihi:tumuloq inſuper ſolemnia ſtatuerunt. Quare te oro o iuſtiſſime charon:patere tandem:ut ingrediar: ſic proſpera ſemper ſit nauigatio tua:ſi ſolida nauis tua:atq inconcuſſa. Cha. rem iuſtam petis palinure:igredere:ut libet:uos uero tā cōfertæ umbræ qd fatigatis: me pcibus:quid fatigatis:quæ nam hæc uis deſiderii. Expectate tantiſper dū trās flumē hunc porto:regrediar quam primū. Pa. habeo tibi charon immortales gratias:q me his tandem eripuiſti e malis:qui me dira hac tandem qua detinebar trāſfretandi cupidine liberaſti. Cha. amo te eqdem palinure tum propter æneā regē:quē mihi nominaſti:q & ſuper oēs unq uiderim mortales uiſus eſt mihi ſingulari quadam pditus pietate: tum pter meū etiam: quod olim cōe fuit tibi magiſteriū:par. n. ſibi quiſq parē effectat: delectatq magis: quæ inter pares fit:uel cōfabulatio:uel uitæ actio. Afficiebar porro nō modico dolore:quū uidebam iādudum te in citeriore hac ripa errantē: incertūq ſedis tuæ. Neq licebat tibi ſuccurrere pter legē mihi datam: nequenq niſi humato prius corpore trāſportē:ſum. n. ego minimus inter infernos habitatores:ſubiectuſq alienæ poteſtati:cui parere nō tam pulchrū mihi q alias neceſſe ſit. Gaudeo autē nunc:& lætor:q ea aliquando ſe ſors tibi obtulerit:quo & tuum iplere deſiderium:& meū releuare dolorem(ſalua lege officii mei:& poſſum. Pa. Immo ego nō minus pter te dolebam o charon:quia perſpiciebam tot te graues:aſſiduoſq labores perferentem ſine ulla relaxatione. Neq. n. me latet:quot:quantiſq uexari malis ſolēt nauiū gubernatores:qui nihil aliud in uita q nauigationem exercui:atq ita exercui: ut nihil illa grauius:nihil periclitatius contingere mortalibus purē pter quod credibile magis tibi uideri poteſt:ſi angebat me utiq fatigatio tua repetente aio antiquas:qs iuuenis etiam ſubſtinebam:nauticas fatigationes meas. Quarū experientia iā edoctus ſciebam probe pari malo tuo cōdolore. Cha. fruſtra pter me dolebas palinure:nam nihil moleſta mihi ē ars mea. Pa. Quid ais. Cha. aio gratā me habere:& iocundā artē meā:uides ut cruda uiridiſq ſenectus eſt mihi? memini haud unq ab ipſa: qua iā omniū annos ſupero:longeua ætate mea: pretium me eſſe laboris mei:qui quotidie inſto alacrior:atq ualentior:ſed itelligo cur tu aliter tibi pſuadeas. Eſt eni cōmunis hic morbus mortalium: ut ſortis ſuæ quemq diſtedeat ſemp:uiuatq contentus nemo ſtudiis ſuis:laudēt uero longe:ac beatiores exiſtimēt oēs: qui diuerſas a ſe artes: atq actiones ſequuntur:uerū falluntur maxime opinione ſua. Nam ſi recte intueri uelint cognoſcent pſpicue:nullum eſſe in uia eorum ſtatum:qui nō magnis ſcateat miſeriis:quē nō magnæ:grauesq perturbent undiq moleſtiæ:& uexatiōes. Et ſi det aliquādo:ut alter in alterius ſtudia transferatur:q uideas tūc ſua cuiq leuia uideri: quæ prius præ grauitate accuſabat:cōtraq ea grauiora:quæ prius leuia uidebantur. Itaq ſi bene

conſideres palinure:nō eſt ita grauis mea cōditio:ut cenſes nec ꝓpterea:ꝙ
nauclerus ſim:ſum eo miſerabilior. Sed tu(ut uideo)ſequeris uanos errores
mortaliū:ego uero ītegritatē tantū:iudiciiqꝫ ueri lucē ſecutus:dego conten/
tus:ac lætus ſorte mea:neqꝫ ad ſcribo mihi calamitatem:ꝙ deſudē quotti/
die nauigando:& defatiger. Neqꝫ ob hoc arbitror:quēpiā horū:qui mecum
ſimul ultimas ſedes colunt:me eſſe beatiorem:nō ipſos iudices minoē:rha/
damantū:& eacū:q̄q̄ magna oēs emineāt poteſtate:nō ipſum ditē:q̄q̄ ſce/
ptro potens ſit:atqꝫ regna iſta moderet̄. Sunt nāqꝫ & illi ſui labores:ſuæque
moleſtiæ:& maiores forte:quo & maiore regiminis ſarcina ꝓmūt̄. Pa. potes de
te tibi charō ꝑſuadere:ut libet:mihi. n. de me nūq̄ ꝑſuadere poteris:qui ars
nr̄a ſine ulla cōparatiōe ceteras laboribus:& ꝑiculis excedat. Q̄d liqdo tibi
ꝓbarē:niſi ꝙ uereor tedio te afficeret fortaſſe lōgior narratio nr̄a. Cha. imo
ſumma me afficeret recreatione:nam & delectat me tecū ſermocinari:& na/
uigantibus etiā magnā aīorū refocilationem afferre ſolent huiuſmodi con/
fabulationes. Pa. quando igitur non eſt tibi iniocundum ꝓſequar ſuſcepti
ſermonis noſtri rōnem:ut intelligamus nō eſſe duriorē ullam q̄ nautarum
ſortē:quod tibi facile perſuadebo:ſi aīaduertas:quos eſtus & frigora tolera/
re eos:quos perhorreſcere tonitrus:& fulgura:quibus perfundi imbribus:
qua uentorum rabiæ agitari quotidie necem ſit. Si conoſcas:quotiens eos
torquæri famæ:& ſiti quotiens ſqualore etiā teterrimo conſumi contingat:
ſi atendas habitationē eoꝝ iſtar carceris ſuppellectilem:uel nullam:uel ſordi
diſſimā:ſtrata dura:cibaria aſpera:potum īmundiſſimum:indumenta ſpur/
ca:icōmoditatē rerum oīum:noctes inſomnes & ſub diuo ſemper:& inquie
tates. Taceo perpetuum alioquī quoddā eoꝝ exiliū:quos patriæ eoꝝ:exte/
ros profugos:uagos:pallantes:ignaros quietis:priuatos omni(quo nihil ē
in uita dulcius)coniugis ſoboliſqꝫ fructu:ac iocunditate? Quis nō abiectiſ/
ſimos:longeqꝫ omniū mortaliū miſerrimos eſſe iudicabit:Prætereo ſcyllam
charibdim:ſyrtes ſymplegades:tot infeſta nauigantibus maris pericula.
Omito tēpeſtates:q̄bus nec uiſu quicq̄ eſt triſtius:nec horribilius:q̄bus &
ad ſummū uitæ uſqꝫ diſcrimen quottidie iactantur:quatiuntur:& (quod ſæ
pe accidit)ſubmerſi tandem obruunt̄. In qua re nemo eſt:qui idoneus ma/
gis q̄ ego teſtis adhiberi queat. qui quū multis fueri quas ſatus tēpeſtatibꝰ
tum ea maxime quæ me ex ſicilia in italiā nauigantē īuaſit:tā ſæua:atqꝫ hor/
rens ut horrori ſit adhuc mihi eius recordatio. Non poſſum certe(ut par eſ/
ſet)explicaret tibi acerbitatē illius tēpeſtatis. ſed quanta extiterit ex hoc fa/
cile cōiecturā facere potes:ꝙ æneā ducē:cuius ſumma cōſtātia:& animi for
titudo ubiqꝫ decātat̄:uidi ego eū cōtremētē grauiter:atqꝫ īgemētē:extētiſqꝫ
ad cœlū manibus beatos lōge īclamātē eos:q̄bus ad troiā oppetere cōtigiſ/
ſet:lamētātēqꝫ:pari ab eoꝝ morte:ac fortiſſima a diomedes gladio ſe ereptū
extitiſſe crudelē eūdē diē illuxiſſe oībus ultimū. neqꝫ ex nūero nr̄o quēq̄ pu/
taui euaſurū:Non ipſum æneam:non illi oneū:non achatem:non abantem:
grandeuū ue aletem:quorū naues longe diſiectas:ad ſummūqꝫ pene exitū

adductas neſcio quæ uis illa: niſi diuina liberauit. Cha. nō incognita mihi
narras: hæc enim ea ipſa die reſciui. Pa. quo id modo? Cha. quo id modo ro
gas: an acrem illū: fidūq; orontem ignoras ductorem liciæ nauis: is quidē
tūc ſubmerſus conceſſit ad me illico: exponēs mihi & ex ordine oīa: quæ tu
diſſeruiſti īplorans deinde opē: rogitanſq; multū: ut ſe ulteriore in ripa ſiſte/
rē: qđ nunq̃ paſſus fui: quū inter fluctus adhuc corpus ſuū ſine ſepulchri ho
nore iactaretur. Nūc agit ſeſe circū hæc ſtagna mœſtus: atq; errabūdus ui/
diſti illū? Pa. & uidi: & unicū meorū malorū ſolatiū habui: dū tantiſper in ri
pa moratus pari cū eo detinebar infelicitate. Nec enim falſa de triſti eius in/
teritu retuliſti: cuius ad huc imago ſubit mihi: dū excuſſum e puppi: contor
tūq; ter eū: atq; circūactū horrendū affluctu rapidus tandem equore uortex
abſorpſit. Sane qđ ad me pertinet: nihil ediſſeram: qui licet eam euaſerim
tempeſtatē: amarū tandem aliquando etiā uitæ meæ finem inueni: excuſſus
& ipſe pariter: atq; iactatus inter undas (qđ deerat) inſuper ferro præterea
obtrūcatus. Ex quo nec tantū mihi timui q̃ æneæ meo: ne tantis undis ſur
gentibus ſpoliata magiſtro nauis deficeret. Hæccine eorū delitię: opes: trā
quilitas: ſic illis uiuitur: ſic moritur: tui nūc & alioꝝ defende ſtudia: & artes
contēneq;: ſi libet: maiorē eſſe etiam eorū miſeriam: & calamitatem: qui pa/
trias incolentes ſuas: uxorūq;: ac filiorū ſocietate beati quieſcūt: gaudent:
ludūt: hortantur: amicitias colūt exercentur commode: habitant magnifi/
ce: ueſtiūtur culte: conuiuantur læte: cubant molliter: iocundos ſuos: ac ge/
niales agūt dies. Adde qui in urbibus optimates: & primarii magnam ſibi
uendicant auctoritatē: habenturq; ſummo in precio: atq; honore: qui ius di
cūt: qui cauſas agūt aliorū: qui faſces gerūt: qui ducūt exercitus: qui uel aſſi
ſtūt prīcipibus: uel principes ipſi magni: illuſtreſq; ſunt: quibus nec optabi/
lius quicq̃ in uita eſſe uideo: neq; beatius. Cha. falleris lōge palinure: nam
quos beatiores eſſe arbitraris: miſeriores illi ſunt ulla ſine dubitatione. Ne/
que enim negauerim ſortē ſubiectam eſſe nautarū magnis malis: ſed ita ſub
iectam: ne comparatione aliarū: quę maioribus etiam grauant incōmodis
minus certe miſera iudicanda ſit. Quid enim triſtius (ut ad tuos ueni/
am) qui patrias ſuas colunt: quid miſerabilius: quam domi ſuæ agere: & ita
agere: ut iocundiorē aliquando uitam mortē optes? Quæ ulla maior cala/
mitas quam circundari urbem hoſtibus: ingruere bellum: uolitare tela:
ſtringi enſes: perfodi muros: fremere tormentis: ſaxa dirui: domos treme/
fieri & cōcuti? quemq; fame: ſitiq; deficere: corrūpi aerē: occupari mœnia:
ſpoliari templa: dirripi patrimonia: publicari bona: incendia parari: malos
exultare: bonos torqueri: affici conuitiis: expelli domibus: uulnerari: carcera
ri: relegari: deportari: trucidari filios ante parentū ora: uim pati uxores ſtu/
prari gnatas. Videntur an hæc tibi mala palinure: & an his: quæ tu memini
ſti: ulla ex parte cōparanda? Pa. q̃ uera narras o charon q̃ nunc uel audiens
iſta perhorreſco. Venit enim mihi in mentē grauis illa: & deploranda pa/
triæ meæ deſolatio troiæ: in quam tam præpotentis olim: atq; prædiuitis: cu

ius euerſione nihil credo referri poſſe crudelius: aut lachrymabilius: tantaq; fuit calamitatis eius magnitudo: ut longe plura etiam atq; triſtiora quā tu ſupra memoraueris ſibi contingerint: quæ ſi uelis omnia tibi ut rem certius agnoſcas: explicabo: Cha. haud opus eſt palinure: quoniam & tem pus non patitur & ego hæc omnia non ſecus ac tu nota atq; comperta habeo. Nam & mihi renunciauerunt: ut quęq; aduentabant animæ ex illo bello profectæ. Nihil certe: ut nunc tu dixiſti peruenit ad aures meas crudelius: aut lachry/mabilius. Pa. faxo ut iubeas: ſed aduertas charon grauiſſima licet hæc ſint: rariora tamen contigere q̄ ea nautarū: quæ ſupra expoſui. Cha. referam er/go alia frequentiora: & ex ipſis quidem met ciuitatibus: quarū relatio auge bit etiam earū miſeriam. Vade oro & per ciuitatem: plateas: porticuſq; diſ/currere: quid aliud oſtendes q̄ oblatratiū maledicta: inſimulationes peſtilen/tiſſimas: optimi cuiuſq; dilacerationem qd non exploratorū inſidias: inui/derūq; uenēa. Diuerte mō: do greſſum: & artificū: mercatorūq; tabernas: ac cōuētus pete qd aliud depræhendes q̄ ſermonū nebulas: fucos: mēdatia: de ceptioneſq; manifeſtas. Transfer dehinc te in fora publica: ſedeſq; iudiciari as: quid aliud audies q̄ undiq; omnia magno ſtrepitu: ac clamore miſceri? Quid intelliges aliud q̄ cedes hominū: compilationes: furta: graſſationes: conſpirationes: proditiones? Quæ alia occurrent tibi niſi litigatorū iurgia: & contentiones: teſtiū periurationes: cauſidicorum præuaricationes: iudi/cū corruptiones: præſidū ambitiones: ac rapinæ? Quos ibi alios obuiam tibi habebis q̄ exultātes improbos: lugentes bonos: oppræſſas uiduas: ꝑcul catos pupillos: egētes ꝓſtratos; Attolle poſtea altius oculos & atria prīcipū ꝑſcrutare: q̄ nō uidebis ibi a ſentatorū exaltationē: ſpeculatoꝝ acceptionē: militū audatiam: fœneratorū uoratitatem: quæſtorū īprobitatē: quā non potentū hominū in tenuiores uim: atq; īſolentiam? Quas non concuſſio/nes. quas non populationes: quos non inocentes accuſari: criminari: carce rari: proſcribi? Pa. grauia hæc nimis: ac miſerabilia. Cha. ad reſtāt alia: quæ non minus tibi grauiora: & miſerabiliora uidebuntur. Pa. ꝑge. Cha. quæ fortaſſis etiam: grauiora & miſera biliora iudicabis quoniam domeſtica ac freqūes magna eſt eorū peſtis. Pa. fare. Cha. nolo tibi palinure afferre in me diū graues: longoſq; artificū: & negociatorū labores: non eos quibus afficiū tur agrorū cultores: non quibus milites: non quibus cauſidici cæterarumq; diſciplinarū ſectatores æſtus: algores: inediam: peregrinatiōes: anxietates: uel pericula? uulnera: cædes deſtrictas: habitationes: infinitaq; agendi: cu/bandi. ueſcendi incōmoda: uel faſtidia: laſſitudines: uigilias: ſolicitudines: odia & infamationes: Nam ſi cōplecti cūcta ſermone meo: atq; exequi uolue rim: tot tantaq; dicenda ſe offerent: ut præ longitudine malorū ac mole: citi us nauigatio noſtra quam oratio finem poſſit inuenire. Omitam itaq;: & commemorabo tantū: quas inter domeſticos parietes tū ſeruorū: tū uxorū ac filiorū moleſtias: ac turbationes peſſimas perferre ſolent: qui gubernatio ni præſunt rei familiaris cuius ſi ita ut naualis expertus: facile quicquid di/

cturus ſummie etiam tacente:& intelligeres:& approbares. Nam ſeruorum
primo in dominos ſemper prōpta maledicta:furta: īpoſitiones:fugas:arro
gantiam:negligentiam rerꝫ dominorum ; temulentiam:edacitatem :ſom
nolentiam:tarditatem:ignauiam:nemo eſt qui non uideat magnam affer
re his:qui patiuntur infœlicitatem:Deinde filios:quorꝫ amore nihil dulci
us eſſe fert:quanta animi cum amaritudine aſpiciāt parentes:uel ægrota-
re: uel mortē obire: quod frequēter ad modū fit. Satis exiſtimo etiā te ītelli
gere:q̄ uero grauē:& anxiā credis eſſe eorum uel parturitionē : uel educatio
nem:uel īſtitutionē. Quotiens pro eis bonos parētes gemere:ſuſpirare:do-
lere:torqueri:quanta etiā putas perturbatiōe affici : dū quos ꝓgenuerunt
īmenſaqꝫ adeo cura aluerunt:uel parū ſibi audientes:uel rebelles:ac infeſtos
poſtea habere contingat:qua dolentur eos ferre arbitraris : dū īſani : & ue-
cordes ſunt:dū ebetis:& craſſi ingenii dū effœminati:& molles: dū dilapidāt
& euertūt patrimōia:dū nullo bono opi:& ſtudio ītēdūt:dū p ꝑcipitia uitio
rū oīum uitā ducūt ſuā. Quid de uxoribus loq̄r q̄s dos tūidas:genus īſolen
tes: forma ſuſpectas:deformitas reddit:īuiſas! Quarū līgua nihil pernicio
ſius : quarū audatia nihil ꝓdigioſius : quarū īprobitate nihil execrabilius
Quæ iurgiis ſemper & contentionibus obtundunt uiros:quæ ſemper cōq̄-
rūtur:ſemper exprobrant:ſemper inſidiantur. Quibus quū deſint cæteræ
nunq̄ tamen lachrymæ:gemitus :& ſuſpiria:quæ ceca ſua:qua tantū ardēt
ornamentorū ambitione exhauriunt opes:labefactāt domos:cogunt mari
tos in malos quæſtus in dira ſcelera. Non refero turpiſſima adulteria:quibꝰ
nec punitur minus: nec peccatur magis quicq̄:ea quanto dolore afficiāt bo
nos cōiuges: nemo ſatis unq̄ iuditio meo enarrare poſſet: ſed magnū dolo-
ris argumētū pſtāt:& grauiſſimas cedes : & īgētia:q̄ ſæpe pp corruptas uxo
res bella exarſerūt. Pa. hoc pluſq̄ uellē ſcio nā arduū illud:qđ ego uidi græco
rū & troianorū bellū ꝓpter helenæ raptū in eā excreuit rabiā: quā nulla mū
di regio ignorauit. Cha. quæ toti mundo manifeſta ſunt:ea tantū noſtri pa
linure :at ſi ſingula:quorū nihil me latet ītelligeres:ad ducereris in tantum
ſtuporē : ut ſtupeſcens etiam præmiſeratione coniugalē uitā lachrymares.
Pa. hui quid narras. Cha. narro quæ quotidie uideo:& pertracto. Pa. ergo
conubia putas poluta:& conquinata! Cha. minime id nunq̄ dixerim . Pa.
at qui multas memini me uidiſſe ea præditas honeſtate: ea religione:ac ui-
tæ itegritate: ut dīuū quoddā magis q̄ humanū redolere uiderētur. Cha.
& multas utiqꝫ eiuſcemodi eſſe confiteor:ſed eas quidem quæ optimis:ho-
neſtiſſimiſqꝫ ortæ parentibus:ebiberūt a primis annis ſobrios: & caſtos mo
res. Quæ ſanctis parentū ſuorū exemplis educatæ uitā īſtituerunt:peccare
caſtigatæ:ſapienter ad manſuetudinē edoctæ:ad pietatē:ad fidē:ad diuinū
cultū:ad rectū:compoſitumqꝫ regimen rei familiaris:quæ ſe a thiaſis:ſalti-
bus:iocis:quę ſe a ſpectaculis : ab īmodeſtiore cultu:ab licentiore colloquio
abdicarunt. Cæterū quæ contra ſanctitatē: quæ malis inſtitutis: peruerſiſ-
que parentū exemplis ībutæ molliter uixerint:aſſuefactæ delitiis: quia tur-

pi ocio. quæ nihil niſi: ſaltare canere: fides pulſare didicerunt: quæ præterea
oculis ſuis auxerũt matrũ: præſertim obſenitates: & immũditias: Haſce qua
fide: & integritate eſſe putas erga maritos? Illabũtur ſiquidem tanquam ue
nena tenellis mentibus parẽtum exempla: inde rarior etiam qua reris eſt hi
menealis honeſtas: ꝙ qui eas uel emendatis inſtituant moribus: uel ſancto
iuuent exemplo: parentes ſimul rariores habeantur. Proderunt poſtea in
publicũ: quæq; etiam procatiores aperta fronte: directo greſſu quaſi pudici
tiam ipſe conſecraſſe uideantur. Et quæ ſecretũ ĩtra cubile probra geſſerũt:
quũ ueſtem induerint: illa contexiſſe: atq; ocultaſſe exiſtimant. Voſq; ea ua
nũ uulgus: ita ut cernitis uera ducentes eſſe arbitramini. At ego nihil ac
res ſe habet de eis iudico: nuda enim hic omnia: atq; aperta ſunt non ueſte
hic tegũtur maculæ: non palio obnubuntur ſcelera: exertos omnes: ac nuda
tos: rerũq; omniũ uacuos prorſus huc ĩgredi oportet: Quicquid in uita ma
le tentatũ maleq; actũ eſt: hic fronte coram ipſa demũ geſtatur: diſpoliatur:
oſtentatur: quare non mirũ tibi uideatur: ſi quorũcunq; nota habeo crimi
na. Qui quorũcunq; etiam nudas ita ut prædixi: tranſueo umbras: ꝗ proin
de ingentem uideo earũ turbam quæ quũ impudicitiã longe apertam oſtẽ
dant: ſuam: pudiciſſime tamen in uita habeantur: Quantas ſecũ in mari
tos fraudes gerũt: quot ſimulationes: quot proditiones: quantã ypocriſim:
quot aliorũ obſcenos amores: quot pollutiões: quot ſuppoſitos partꝰ: quot
mentitas enutritiones: quot alieni ſeminis ſuſceptas meſſes. At: quod redi
culũ magis eſt: lugent poſtea ignari mariti: haſce ſibi extinctas uxores Lau
dant ĩter cœtus: & prædicant ꝗſi pudiciciæ principes. Statuũt mauſeola plu
rimi quoq; epigrãmata cõdi orationes ſcribi: & prõnũciari curant in laudẽ:
ac memoriã caſtitatis: fideiq; earũ ſempiternã. An hæc triſtia & amara eſſe
cenſes palinure? & an cõparationẽ ullã habere putas cũ his nautarũ: quæ ea
ſeueritate: & acrimonia recẽſuiſti: ut cętera læta: fauſta delitiarũq; plena (ſi ti
bi fides daretur) exiſtimãda eẽnt. Pa. haud equidẽ tãta in ciuitatibus: priua
tiſq; domibus: quanta modo enumeraſti mala: regnare crediddiſſem. Cha.
ita ꝓficit inexpertos ſermonẽ aliquãdo inire cũ his: qui multarũ rerũ uſum:
atq; experientiã habent. Pa. ita fit. Cha. quid ſi animaduertas labores: quos
perferunt nautæ: corpori magis ꝗ animo ĩſenſos ire concedes amplius etiã
ſentẽtiã meã. Nã huiuſmodi res duræ aſſiduo quodã uſu: & aſſuefactiõe mi
tiores fiũt: & quodãmodo domãtur: quas uero ego memoraui: quũ animũ
magis affligũt: nõ ita uſus & aſſuefactio mitigare: atq; edomare poteſt. Pa.
conſentio tibi iam: gaudeoq; ĩ eam lucem te illuſtrante perueniſſe: ut ĩtelli
gam tam magnam aliorũ: & maiorem etiam ꝗ nautarum miſeriam. Sed il
lud non poſſum ĩtelligere: qn pricipes ſaltem: ac magni uiri: non dicam nau
tis: ſed cæteris inſuper quibuſcunque mortalibus beatiores ſint. Cha. Cur.
Pa. quoniam omnibus abundent: atque affluant bonis. Cha. quibus.
Pa. honore gloria: opibus: delitiis: amicis: potentatu: imperio. Cha. hi
ſce? Pa. hiſce & multo pluribus. Cha. erras. Pa. errorem hoc optaſ

ſem in uite mihi. Cha. deliras. Pa. maluiſſem ita delirare q̃ tua cum ſenten‑
tia ſapere. Cha. quid ſi nihil illis miſerius? Pa. quid ſi nihil beatius? Cha.
haud unq̃ hoc mihi demoſtrabis. Pa. non tibi ii beati uidentur: qui qcquid
ad explẽdas uoluptates optari poteſt: aſſecuntur: Quibus cõuiuandi: cubã‑
di: unguendi: lauãdi: ludẽdi: uenãdi: aucupandi: ad oẽm nitorẽ: atq; ſacieta
tem ſemper facultas ſit: Quibus quot quot uelint concubitus fœminarũ:
quot quot uelint arua equi canes: quibus tot ſunt ſerui: tot exculta palatia:
tot munitæ arces: oppida. Qui tantũ poſſideãt auri: gemmarũ: ueſtiũ: ſup‑
pelectilis quibus audiant omnes: adſurgant: inclinent: quos populi ueren‑
tur: timeant: laudent: decantent. Qui leges dicant: mandent: exerceant: pro
ſcribant: puniant: extollant amicos: uindicent inimicos: trucident rebelles:
Cha. non eſt tam magna: ut exiſtimas: palinure eorum beatitudo. Non pa‑
rit certe faſtidium tanta bonorum: continuatio tantaque affluentia: neque
ſapit tantum: quæ non aliquando intermittitur uoluptas? Præterea quomo
do eos tu beatos iudicare potes: qui tantis opibus: atq; delitiis ſuis nunquã
fruũt cũ iocunditate: nunq̃ cũ gaudio: q̃ in tãta rerũ copia nunq̃ exhilarẽt
ſe: nũq̃ releuẽt aĩum nũq̃ exultẽt. Qui tãta licet bonorũ ubertate redũdãtes:
triſticia tñ ſp obducantur: ſolicitudine ꝑmant: anxietate torqueant. Non
tibi multo optabilior uidetur priuatorum conditio: quorũ & uita ſecurior:
& uoluptates etiã: ſi mentem intendas: maiores ſunt. Quos ſumma ſemp
condit hilaritas: mulcet feſtiuitas: explet alacritas. Quantam putas affer‑
re delectationem cõis: quæ cũ uxoribus & filiis uita: exigitur. Dũ cubant tu
te: ueſcuntur læte: iocant modeſte: q̃ dulcẽ eſſe arbitraris amicorũ inter ſe: &
æqualium parem uitã: domeſticam uſum: frequentẽ conuentũ? Quid eorũ
amore ſuauius: cõfabulatione gratius: curis melius: atq; cõmodius? Quãtũ
credis letitiæ: & exultationis habeant eorũ conuiuia: ludi: cantus ſolationes:
Quantum dilatent animos: & ꝑmulceant: quantum emanet mellis: cuius
nec ſtillam prĩcipum aliqs deguſtauit. Pa. haud intelligo charon hanc: quã
refers regum triſtitiam: atq; anxietatem: qui inter riſus tantũ: blandicias: io
cosq; uerſentur: quibus ſemper pſallatur canat: plaudat: & quicqd ad tran‑
ſigẽdũ hilarẽ uitã excogitari poteſt: exhibeat. Cha. etiam ut uideo iudicas
palinure quę oculis tantũ patent: quo errore decepti mortales plurimũ ſedu
ci ſolent: ſed quod certũ afferre poſſunt iudiciũ exteriora corporis: quæ uela
menta quædã magis ſunt ueritatis. Aut qd certi ꝓmittere & oſtentare po
teſt frons hominũ: quæ plures q̃ ꝓtheus ſpecies mentiri: atq; ĩ plures muta‑
ri queat. Cõſiderandæ ſunt ſecretæ animi fibre: perſcrutãdæ ſunt interiores
mentis latebræ: quas ſi peruidere ita ut frontem poſſes: proh dolor quantã
ibi malorum turbã: quantam formidinum: atque ſtrepitationũ aciem intro
ſpiceres. Quot angores: ſolicitudines: ſuſpitiones: quot peſtilentes morbos
& ꝑturbatiões: q̃ta apirẽt ulcera: quot plagæ & cædes: quot enſidiæ: quot
enſes: & telorum infinita genera: quæ nec ſomnos eorũ quietos: nec cibos
placidos: nec opulentiam dulcem: nec imperium iocũdum: nec delicias: io‑

eoſq; lætos eſſe permittant. Pa. neſciebam ad huc hæc eoꝝ: qui dominan tur mala: ſed cur illis contingant tanta non capio. Cha. contingunt tanta pro/pter graues inimicitias: acerbaq; odia: quas con tinue cũ finitimis ciuitati/bus: cũ ſubditis ſibi populis: cum ſibimet ipſis etiã gerunt. Quo fit ut ingraueſcentibus odiis: increſcẽtibuſq; iniuriis: quibus quotidie afficiunt queq;: neceſſe ſit illos torqueri & affligi grauiter: confidere nemini: ſuſpicari om/nia poſſunt: extimere muſcas etiã (ut aiunt) uolantes: gaudere & lætari nunq̃: triſtitia & mærore detineri ſemper. Pa. Adducis me facile: ut credam ſu/ſpectas eos habere finitimas ciuitates: cum quibus & inſenſa odia confiteor propter continua: quæ exercẽtur bella: & dominandi libidinem: qua pluri/mum incenduntur. Cum ſuis uero: quibus imperant populis: nihil accipe/re poſſum niſi amorem & dulciſſimam pacem? Porro ſi cum finitimis ſint inimicitiæ: ſi oriantur bella: ac demũ etiã augentᷣ imperia ſubducuntur oppida: profligãtur acies: ſpoliantᷣ & captiuantur hoſtes: populatiões magnæ fiunt tropheis decoratur patria: uictoriis celebratur: triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria: & urbium ornatus: & inimicorum timor & populorũ inter ſe lætitia: atq; erga principes fides: & amor creſcit. Cha. at tantum narras quæ pſpera ſunt: & læta: ac quæ frequentibus accidunt aduerſa & triſtitia prætermittis. Quaſi ſemper eos putes debellare hoſtes. potiri uicto/ria: triumphis exultare: nunq̃ uero uinci: poſterui agros ſuos populari: bona ſua diripi & e ſuis ſe oppidis deici: ſed maiora hæc prætereamus: de minori/bus tantum dicatur. Quippe ſi conferas quas ſtrages ſuoꝝ: & cædes ſuſtinẽt comperies longe maiore damno q̃ lucro ꝑtas eoꝝ uictorias conſtare: diſcuſ/ſaq; rõne deceſſiſſe plus illis q̃ acceſſiſſe. His addicias: ut populorum etiam ſuorum odia: ne dum finitimorum intelligas: q; ad inferenda bella: & perſe/quendos hoſtes opus illis eſt ingẽti: & munito exertitu: multo nauigio: longa armoꝝ: & machinaꝝ præparatione: quæ quũ magno & ineſtimabili cõſtent ſumptu: nec proprii ſuppeditent redditus neceſſe eſt nouis uectigali/bus uexare populos: nouas ĩducere: pſtationes: nouas angarias: augere tri/buta multiplicare onera: exhaurire æs omnium: eradi marſupia: imo uiſce/ra pauperum: paruos atq; magnos diripere: ſpoliare: conculcare. Inde fit ut quũ ĩuiſos manifeſte ſe cunctis intelligant: ſuſpectum tum ſibi incipiant habere quemq;. Nullius fidei: nullius amicitiæ credere: coniectari omnia ĩ ma/lam partem. Habet. n. hoc in ſe peſſimum malefactorũ conſcientia: ut quos iniuria affecit: nunq̃ reuocari in amicitiam: nunq̃ mitigari: & adueniã mo/ueri poſſe putet: proinde magis inſurgitur: grauiores initur iniurias hunc proſcribunt: illũ carcere includunt. Quorundã patrimonia publicant: alios iugulari: aut ſtrangulari iubent uoluntate pro rõne utũtur: eoꝝ quoq; quos tantis leſerũt malis cognitos affines: amicos: ſocios: ſeruos quaſi fidei ſuæ diffidentes perſequuntur. Tum cæteri: qui chariores etiam uidebãtur: exẽ/pla alioꝝ præponunt ſibi: acutumq; ipſi non minus odia. Nam non minus rebus ſuis: ac ſaluti ſuæ timent. ita pedetentim ciuitas omnis indignatur:

obmurmurat:rapitur ira:odiis incenditur:coquit nouas cogitationes: no-
ua concilia molitur. Mox eo deueniunt:ut hæc intelligentes uideant:quãtæ
ruinæ:quãtoq; pcipitio ſubiaceãt:q̃ tenuiſſimo quaſi quodam filo pendeant
ĩperia ſua. Tũc cernas eos pallere:triſtari cõſumi expauescere:oĩa torqri ſcelerũ
ſuoꝝ cõſciẽtia:q̃ pria eſt pœnaꝝ oĩum. Timere hoſtiũ ĩſidias: ciuiũ cõſpira
tiões:domeſticoꝝ pditiões:oppſſoꝝ uindictas. Tũc ſecuꝝ nihil exiſtimare:
niſi qđ ui ac ferro tueanẽ. Propterea nõ credũt ſe tuto cuiq̃ nõ miniſtris:nõ
neceſſariis: nõ germanis quoꝝ maiorũ etiam q̃ alioꝝ auctoritatẽ magis for
midant:arcẽt ſe ab aſpectu & preſentia oĩum:cingunt ſe foſſis & aggeribus:
claudunt ſe arcibus quaſi ad perpetuas damnati carceres:cuſtodibus etiã tã
q̃ ad expeditionẽ belli paratis:ut obſideri eos putes circũuallanẽ. Nihil illis
dulce:nihil ſapidũ:nihil iocundũ. Dormiũt cũ magna inqetudĩe:cũ maiore
etiam uigilant. Terret illos conuentus hominum:angit ſolicitudo timent
colloquia:timẽt ſalutatiões:timẽt dona: ſuſpecti illis aditus:ſuſpectæ ſellæ:
ſuſpecti cibus & potus:q nec etiã niſi pguſtati ſumuntur: ſuſpecti pellicũ &
item oxorũ thori. Quibus mirũ eſt:cur ſine cuiuſq̃ prægustatione congre-
diantur:ipſos uero:quoꝝ ſe cuſtodiæ comiſerunt:non minus extimeſcunt:
quibus quum carere nequeant ob tutelam ſuam: ergo magis augetur eo-
rum timor & miſeria quo armatos pro firmiore illos præſidio eſſe neceſſe ſit:
quare alienigenas: & barbaros homines:atq; abiectiſſimos quoſq; ſibi deli-
gunt:eoſq; frequentius comitanẽ. Deiiciunt ſæpius:ac exterminant quoſa
luti ſue(& ſi nõ alia:at ſalte hac uia)cõſultũ ire poſſint. Quid fædius & igna
uius dici queat q̃ hominibus ĩmanibus flagitioſis ſe cõmittere: ſuos uero
prudentes:ſobrios:iuſtos ſpernere:atq; deuitare. Quanta iſta tyrannorum
fœlicitas quos continuus & ingens ſemper angore afficit metus: quo non
modo animi grauiter excruciantur:ſed cuncta inſuper dulcia mundi dona
fugantur:& diſſipãtur:q̃tæ iſte coꝝ deliciæ:quanta gaudia:qui tranquillita
tem nunq̃:& pacem ſibi:ne dicam populis ſuis:aut hoſtibus conceſſerũt ex-
pertes:omnino tam ſanctiſſimi atque omnium dulciſſimi boni. Quæ nam
ubertas iſta bonorum:qui diſtracti aliunde neq; ſciant:neq; uiſant: neq; per
tractent:neq; guſtent unq̃. Quanta iſta imperii bona: quæ quũ ipſi uidere:
& attrectare non poſſunt:coniectant neceſſe eſt alioꝝ curæ & gubernationi
ignari rerum ſuarum:neſci omnium ferme quę ſub ſe gerunẽ: fraudati quot
tidie:& decepti ab his præſertim:quos præceteris hauſerunt: quibus tamẽ
quũ ſe credant:quot innocentium criminationes:quot facinoroſum falſas
comendationes audiunt. Quotiens eorum fidem ſequuti bonos pro malis
malos pro bonis ducunt:atq; hos beneficiis:illos pœnis afficiunt. Quodq;
grauius eſt:quotiens ipſis etiam uidentibus:hi quos tantum extulerunt p
ſententia ſua in foro quoſq; ledunt:concutiunt:opprimunt:atq; dilaniant.
Quid mirum:ſi exardeſcunt poſtea populorum odia: ſi labefactatur poſtea
eorum ſtatus: atque deſolatur. Quanta iſta quamque optanda imperia:
cum quibus & ſeruitutem peſſimam degant: ſubiecti tantis perturba-

tionibus : tantis inſidiis : ſubiecti ipſis etiam : quos ſibi ſubiecerunt : con-
ſtricti quaſi quibuſdam regni compedibus : clauſi intra arces : quaſi ma-
gni alicuius criminis rei : coartati inſtar ferarum : excluſi ab omni : quæ
foris capitur recreatione : priuati libertate : quod eſt tam dulce & omni-
bus optabile bonum : non hominibus modo : ſed cæteris inſuper quibuſ-
cunque animantibus : cuius priuatióne quid eſt quod triſtius : aut infoe
licius contingere poſſit . Pa . non credis charon bonos aliquos : mitiſq;
& moderatæ naturæ tyrannos eſſe . Cha . immo multos credo : ſed tan-
ta eſt dominandi libido : tantus : ardor : tanta neſcio quæ peſtis ingeni-
ta ut quos ſemel inuaſerit ſint ſumma quamuis bonitate præſtantes : adeo
alliciat eos : illicienſque deprauet : ut uita potius quam imperio : quod iam
occupauerunt carere poſſint : uel ad conſeruandum : uel & ad amplifican-
dum contendant unguibus dentibuſq; : ac propterea nemo eſt tam bonus
tyrannus : cui conſeruationis : amplificationiſq; ſuæ gratia multis non ma-
gnas inferre iniurias : atque ob eas illatas non plurimum timere : plurimas
ue pati anxietates contingat . Pa . miror cur tantis in malis : quæ plane ita
ut narraſti uera eſſe puto : appetant tantopere mortales imperium : niſi id
fortaſſe faciunt cupidine honoris : & gloriæ . Quid nimium tam præſtans
atque excellens bonum tolerabiliores reddit : tantas quas modo expoſuiſti
miſerias . Dulce quippe eſt mandare aliis : præferri omnibus : eminere præcel
lere : uenerari : timeri : ſuppliciter exorari : aſſurgi ſibi : uia decedi iclinari cerui
cem : flecti genua : audire laudes ſuas : & rerum bene geſtarũ decantationes :
Quæ quũ & diuina numina plurimum capiant : facile intelligi põt quantũ
& his quoq; mortaliũ mẽtes capiãt . Cha . quæ tantum capere poteſt tyran-
nos ullius honoris aut gloriæ exhibitio : qui ſe certo inuiſos omnibus eſſe ſci
unt a quibus : ſi laudẽtur : ſi audiatur : ſi aſſurgatur : atque incuruetur intelli-
gunt palam uel aſſentationis : uel timoris cauſa id fieri . Quare non eſt
ita dulcis : ut putas : huiuſmodi honoris & gloriæ extorſio : magis quam ex-
hibitio . At uero dulcior is eſt : qui in priuatos homines ab amicis & beniuo
lis honor exhibetur ꝓpter aliquod eorũ egregium facinus : aut excellentem
uirtutẽ : Vera iſta gloria : uerus iſte honor ac dignus qdem : quo & diuina nu
mina capiant . Pa . nullã ergo uideo cauſam : cur tãtopere ĩperia deſiderent :
deſiderataq; conſeruent : niſi q habendi cupido : qua tantum trahit huma-
num genus : ĩ his maxime explet . Quo . n . quiſq; plus auri : agror : ædificior :
oppidor : aggrere poſſit : nullo parcit labori : quantũcũq; uis magno & ĩtolerabi-
li : neq; ullus tam amarus labor : qui : ꝓp quæſtum & maiorem rerum cumulationẽ
dulceſcat . Ita quũ tyranni ſup oẽs plus poſſideãt : ſuper omnes & beatiores
uidentur : licet cætera eis triſtitia ſint atq; peracerba . Cha . neque iſtud qui-
dem affert ullam beatitudinem : nam in primis nõ efficit diuitem maior ha-
bundantia ſed minor cupiditas . Qui enim paruo contentus eſt : id tantũ cu
pit : quod neceſſitati uitæ ſufficiat . Is habunde eſt locuplex propter hone-
ſtum : quod facilius implere poteſt deſideriũ : quod quum & impleuerit libe-

ratus eſt ab omni qua alii rapiuntur habendi anxietate. Qui uero quantū libet diues plura concupiſcit pluribus indiget: quia perſeuerante aquirendi inſacietate efficitur minus uoti cõpos. Quo enim magis creſcit multarū rerū poſſeſſio: magis etiam cupiditas: neq; finem unq̃ habet uorago illa cupiditatis. Deinde nõ eſt iudicandus quiſq; uel locuplex multitudine: uel paup paucitate diuitiarū: ſed uel rerū magis implemento: uel neceſſitate. Nam ſi multitudinẽ excedunt ſumptus: quomodo poteſt is credi diues q minus habet q̃ neceſſe eſſet: quare quū neceſſitatem ſepius magnam patiantur: qui tantam ĩperii molem adminiſtrant: indigentiores etiam putandi ſunt priuatis hominibus: quibus ſicut tenues ſint opes: at neceſſitatibus ſaltem ſuis uel pares uel ſuperiores. Taceamus graues: quas quottidie expiationes uel rapinas pferunt a quæſtoribus ſuis: & ab his maxime: quorū fieri magis credunt: qui quo maiora etiam nacti ſunt imperia: eo maiora utiq; furta maiorem q; proinde rerū ſuarū diminutionem: patiuntur: a quibus priuatos ſaltem homines liberos eſſe conſtat. Qui & diligentius patrimonia ſua ipſi p ſe curare: & attentius omnia intueri poſſunt. Dicamus uero curas & labores: quos in adminiſtrandis tantis opibus: gubernandoq; tanto potentatu tolerare eos oportet: quorum fortiores q̃ herculis humeros neceſſe eſt ad ſuſtentandam tantam molem: plures etiam q̃ argi oculos ad tantam rerum uarietatem preuidendam: atq; diſtribuendam: plura quoq; q̃ iam iaut uerni capita ad intelligenda: examinandaq; tot ac tanta quū hoſtium: tū populorū ſuorū: quæ illis negotia deferuntur: Quæ tanti animi uis: quæ non debilitetur? quæ tãta ſoliditas: quæ non concutiatur? quæ tanta promptitudo quæ non remitatur? Cuius eſt tanta ualitudo: tantum robur: qui ſe tam uaſto curarū ponderi parē audeat polliceri? Cuius eſt adeo equabilis: & moderatus animus? adeo perſeuerans: quē tam multis tãq; continuis laboribus nõ defatigari: nõ quaſſari nunq̃ atque ĩfringi poſſit? Omittamus mortales: de nobis tantū: qui hæc ultima loca colimus loq̃mur. Verū putas pali nure beatiorē eſſe uel me: qui pauperrimus ſum omniū: qui nihil preter hãc quã cernis puſillã lĩtrē poſſideo: uel plutonem tã latitãque imenſi regni tyrannū: intelligo: & ſi taceas quale de hoc ſis iuditiū prolaturus Crede mihi minime meū cū ſuo ſtatu cõmutarē. Pa. quare. Cha. quia lætus ago: & ſumma animi qete. Nõ ullius rei ullã gero niſi trãſuehēdi haſce huc deſcēdentes animas: & conſeruandi incolumē hunc faſcellū meū ſolicitudinē in qua dicã tibi quicqd eſt: qd me grauet. Quū. n. pp̃ter uetuſtatē fatiſcat aliquando rimis: curare me oportet ut reſtituatur ĩtegritati ſuæ. Quare eū cõ ſuo ſæpius & obſtruo: ſi quid rimarū eſt: hæc omnis mea cura eſt: hic omnis labor. At pluto cū tantis diuitiis ſuis: ac regno tãto nunquã letatur: nunq̃ qeſcit: tot curis carpitur: quot repletur hic umbris locus: ĩplicatū ſemp habet ubiq; animū: hinc fertur: illinc rapitur: omnibus intentus locis: oĩbus occupatus miniſtris: huic mandat: illū terret: alios acciri iubet metū illi omnia ĩcu ciunt: nunc terræ hiatus: nũc motus formidat. Sæpe illū trepidare cogit lã

pas phœbi:ne ulla ex parte irradiet regno ſuo. Sæpe & fulmē magni fratris: ne penetret auerna atq; labefacte:quotiens uidi ego illū dū rebus ſuis timet iniectū ſummo curru peragrare omnē hāc regionem: luſtrare fines:ſcrutari omnia diligenter:aſcendere etiā in ſuperū orbē:circuire terras perueſtigare quodcunq; periculū perferre poſſet nihil omnino incauti & inexplorati reli quere:quæ quū multis in locis:ut maxime ea ſolet efficere in terris ſiciliæ: q̄ magis etiā eū terrent propter magnas reluctationes Thiphœi gigantis:q bus totā conquaſſat illam patriā. Non poſtq̄ ipſe auſus fuit bella inferre cœ lo:iniecere ſuperi eius corpori trinacriā:ſub qua ab oibus undiq; montibus præſſus & grauatus cōatur ſæpe ſe atollere impoſitaq; ſibi reicere. Proindeq; magnos concitat motus : ac tātos quidē ut hæc loca noſtra concutiat graui ter : & tremefaciat:cogita nunc quā leta & optanda ſit ſors huius inferni ty ranni : cuius tot diuidit animus curis tot propellitur : tumultuationibus: quē tot oporteat precauere pericula tot diſpenſare miniſteria : omnia percē ſere:omnia corrigere : omnia uel ipſe gubernare : uel aliis gubernanda cō mittere. Attende rogo:& uel ex hoc uno collige eius fœlicitatē : Nam ſi me deficere contingere : huic nauiculario miniſterio quod ita neceſſariū eſt: ut uides:neceſſe eſſet eū uices meas ſubire : ne alioquin deficiente portitore re gno ſuo male ſuccederet. Pa. hoc profecto non modo uerū eſſe uideo:ſed ma nibus etiam ipſis ( ut aiunt ) tango. Nam ea nocte : qua alias ſomno graua tus e puppi in mare excuſſus fui : id continuo ſenſit æneas meus qui erran tē ſine magiſtro nauē intelligens gubernauit eam tota ipſa nocte: non īdi gnatus:q̄ quæ ſceptrū geſtare ſolebant:remū etiā manus attractarēt. Cha. de magno eius germano nihil loquor non me latet quantos & ille labores ac curas ſuſtinet. Sed id præcipue ſcio quū temeritate phetontis totus pene orbis conflagraſſet : quātū tunc regno ſuo timuit:quantū tota cæli mœnia circuit : & ne quid labefactū uiribus ignis corrueret: explorauit. Prætereo tertiū fratrem moderatorem undarū:cuius plurimæ etiam:ac maximæ cu ræ non facile explicari poſſent: ſed præſertim quæ ſub illa quoq; phætontea conflagratione ad ſummū pœne uſq; exitiū cū toto regno ſuo eū affecerunt. Pa. de hoc poſſum:quod oculis meis uidi:afferre teſtimoniū:uidi equidē tē pore illius : quē ſupra retuli horrendæ apud ſiciliā tempeſtatis commotum grauiter neptunū:& ex alto proſpicientē uocaſſe ad ſe eurum:& zephirū in crepatis acriter eis pro tanta ſuſcitata tempeſtate:placaſſe ocius omnia:atq; tranquilla reddidiſſe quod argumentum preſtat mihi euidens plurimarū: ut inquis:ac maximarum: q̄ omnia in latiſſimo imperio ſuo paria ſint cura rum ſuarum. Cha. dic oro palinure: putas ne iam beatam eſſe tyrannorum uitam. Pa. minime. Cha. optares ne uiues eorum ſortem? Pa. ut quid op tarem : in quo nihil omnino optandum eſſe manifeſte intelligo. Cha. er go certo eos arbitraris miſeros. Pa. non miſeros modo:ſed omnium etiam miſerrimos. Cha. mirum q̄ modo eos tāta frui beatitudinem prædicabas. Pa. quid mirum ſi cæcus laudet tenebras:quas poſtea luci reſtitutus dānet.

Cha.uis ut & alia eorũ mala tibi referã? Pa.reſtãt itẽ alia. Cha.& alia:& gra
uiora. Pa.qd audio grauiora:haud unq̃ iſtud credã:poſſe his : mõ dixiſti
grauius aliqd addi. Cha.credes quũ audieris. Pa.dic ergo. Cha. uides ut
appropinq̃m9 iã ripæ : nõ poſſũ lõgiora tecũ iã facere uerba. Pa.rogo te mi
charon: ne fallas auidiſſimã expectationẽ meã. Cha.an cæterarũ umbrarũ
quas in litore reliq auidiſſimã etiã expectationẽ uis ut fallã? Pa.nũ diu mo/
raberis pge o mi charon. Cha.immo diutius quã ſoleo demoratus ſum:ſed
lentus etiã nauigaui propter te:cuius fabulatione delectabar. Pa. age ergo
ut facis lentiorẽ ptrahe nauigationẽ:ut quæ reliqua ſunt dicẽda pſequi poſ
ſis. Cha.ea tandẽ tãta eſt tibi audiendi cupiditas? Pa.tanta. Cha.morẽ ti/
bi gerã qua in re illud te ſcire uelim: ꝙ plurimũ miſerã reddit mortaliũ uitã
inſtabilitas ſcilicet & ruina rerũ. Nã certũ nihil & permanens in uita quiſꝗ
ſibi polliceri queat. Quomodo is beatus cenſebitur: cuius ſummã quantũ/
uis & plenam beatitudinẽ minima omnis diſturbatio uiolare & auferre po
teſt:ſane quũ omnia apud mortales infirma atꝗ mutabilia ſint. Nulla tamẽ
ĩfirmior ſors eſt:atꝗ mutabilior q̃ tyrannorũ: quorũ etiã quũ maior ſit exal
tatio & ſublimata:magis ſtatus altitudo:magis eſt pinde quũ mutari eos
contingat) caſus & ruina. Inde tantæ tyrannorũ proditiones: euerſionesꝗ
trucidationes:ut nemo eorũ fere unquã euaſerit: qui non uel regno depul/
ſus:uel ueneno necatus:uel cruenta aliqua & peſſima morte cæſus: uel perẽ
ptus ſit. Qui talem eorũ uitam optabit:qui pro modici temporis fœlicitate
(ſi tamẽ illa fœlicitas appellanda ſit)tam triſti poſtea : tamꝗ amaro fine cõ
ſumatur. Horret animus dicere: nam ne credas his tantum mortales ſubie
ctos malis eſſe ſenſimus : & horum magnam partem aliquando nos inferi:
licet tam ualida nobis:& munita ſit ciuitas:tam firma: & præpotens : atꝗ
omnibus undiꝗ præſidiis circunſepta. Non poſſum ſine dolore meminiſſe
illius diei:qua hercules heros ille fortiſſimus hæc regna penetrauit perfre/
git fores inuaſit regem : exteruit reginam : quam & ante ſocii eius rapere
adorti erant : abſtraxit cerberum: uinctumꝗ & cathena cum magna ui in
orbem duxit.conceſſit loca omnia:trepidare omnes umbras : atꝗ ipſos iu/
dices fecit me quoque non modicum leſit : quem erepta cimba conto hoc
meo percuſſit : impulſumque grauiter in mediam paludem exturbauit: ti/
mui equidem tunc deſolatum iri baratrum totum: credidi tunc ſupremũ
plutoni finem adueniſſe regni ſui:neꝗ minus illum cum coniuge in prædã
duci ad ſuperos quã tartareum canem:ſed paulo humanius cum eo actum
eſt:quæ opinabar. Nam tandem ſibi:ac regno ſuo bene conſultũ eſt: neꝗ ta
men ita conſultũ eſt: quin triplici cuſtode ſuo:q tam perneceſſarius erat ſpo
liaretur ꝙ ſi opinionem meam:q̃ cõmunis erat: fata coæqlſſent : tũc cernere
fuiſſet uerũ:beatior uel meus uel plutonis tanti regis ſtatus eſſet . Ego qdẽ
nihil ambigo:priuatus fuiſſem hac nauicula:hoc.n.habeo tãtũ : qđ adimi
mihi poſſit:priuatus etiam fuiſſem rege meo:ſed quot quot alios uoluiſſem
reges pcul dubio ineniſſem:q miniſterio meo indigentes ſeruitiũ meũ p li/

bẽter ſibi delegiſſent:& fortaſſe hoc lucri feciſſem:ꝗ ꝑ uetuſta & attrita:q̃lẽ hãc ĩtueris:nouã mihi & magis ſolidã lẽbũ acq̃ſiſſem. At pluto quãtas opes quãtos honores quãtũ regnũ amiſiſſet:quãtã in egeſtatẽ:quãtã in calamitatẽ decidiſſet. Qui neq; par quã aliud regnũ uti parẽ ego uel meliorẽ naul: neq; parẽ aliũ famulatũ uti parẽ:ego uel meliorẽ dominũ ĩueniſſem. Excedo iã modũ dicendi:ſed ſi tẽpus ſineret narrarẽ:& q̃bus olim curis uexatus: quantoq; timore percuſſus propter bella gigãtũ fuit ſummus olimpi rector cuius narratio maiorẽ etiã augeret eorũ: quæ ſupradixi malorũ: confirmationẽ. Pa. haud opus eſt exemplis mihi:nam nemo mortaliũ fuit qui maiora q̃ ego unquã uiderit eorũ maloꝝ exempla. Quid enim extitit his temporibus troiano rege maius:quid opibus ſuis cumulatius: quid opibus munitius:& pulchrius:& quid demũ exitu tantorũ bonorũ triſtius: quid crudelius:quid flebilius? Vidit infœlix pater tam arduũ & longũ bellũ:tot cruẽtas mortes natorũ ſuorũ. Vidit euerſam funditus & incenſam urbem: Vidit latrantem coniugem captiuatas nurus & filias populationẽ tantarũ diuitiarum: ipſe quoq;:quod ultimũ reſtabat illi ſenectutis ſuæ ſolatium:Pyrrhi enſe confoſſus:& crudeliſſima morte conſumptus eſt: Cha. quis melius me hæc nouit:qui cunctos hac ſcapha tranſuexi:a quibus & omnem calamitatem ſuam ſeriatim perdidici. Notus eſt abunde mihi priamus cuius cognito acerbo caſu non potui non dolere. Notus eſt troilus noti hector & deiphæbus:nota eſt cętera tot filiorũ ac nepotũ turba:noti innumerabiles:qui illo bello perierunt. troiani: pariter & grai duces. Nota eſt infinita: quæ tunc occidit populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinem huc deſcendiſſe quã illo:quo ita laſſatus fui: ut præ multitudine omnibus tranſuehendi minime hæc cymba ſufficeret. plane quid opus eſt tibi monitore ad aperiendas eorũ miſerias:quas tu ſubiectas oculis tuis habuiſti: ſi pro anguſtia tẽporis liceret (iam enim uideo propius nos applicare ripæ narrarem & milia aliorum tyrannorum:ex quibus creſceret etiam magis tibi opinio eorũ calamitatis. Nã illud poſſum: quod certo ſcio tibi uerũ confirmare: nullum fere me uidiſſe unquam tyrannorũ huc deſcendentiũ (deſcendunt porro omnes) qui non: uel alicuius ueneni infectionẽ:uel magnas ulcerũ cicatrices:& ſanguinolentæ alicuius mortis horrida ſigna præ ſe ferret:ita mirũ eſt uidere tot ac tantos necatos:confoſſos cruentatos:trucidatos. Pa. quis nunc ſe tantis in malis tyrannũ unquã eſſe optabit? quis ĩperia aſſequi queret: quæ iam certius certo cognoſco magis fugienda etiam quã meduſeum caput. Cha. audiſti quibus apud ſuperos tyranni malis torquentur:ſed ſi intelligeres:quæ hic apud inferos grauiora etiam illis parantur:perhorreſceres:& longe magis eorũ ſortem. Pa. ergo & alia hic tyrannis parantur. Cha. credis palinure ſcelera quæ patrãt mortales:hic aliquando ĩpunita eſſe. Pa. hoc modo aĩaduertebã. Cha. animaduertendũ eſt igitur tibi quodcũq; in uita peccatur:pari demũ poſt mortem & reſpondente peccatis pœna puniri. Nam ut capias quod dico:ſi

tu palinure artem tuam nauiculariam uiuens male exercueris:ſi in dominū tuum mali quicq̄:uel cogitaueris:uel cōmiſeris:ſi inaudiens dicto ſuo extiteris:inuenies hic tibi preparatas his:quæ deliqueris ſimiles pœnas.Pa.nihil profecto:charon ſcio:quod male egerim uel in dominum meum peccauerim niſi ſomnolentam illam dormitionē meā:qua negligentius certe qua debebam me geſſi.Nam magno in periculo nauim ſimul & dominū:quem uehebat meū reliqui:niſi uigilantior ipſe & cautior melius ſibi conſuluiſſet:ſed pœnarum ſatis tum ob hoc craſſum peccatū meum etiam inuita recepi.Cha.recipies etiam in morte.ibis enī quū e naui te demiſero ad ſeueros iudices noſtros:qui examinant:& cenſent delicta omnium.ducent quoq̧ te ī examinationem:ſcrutabunturq̧ crimina tua.Videor uero uidere q̄litate iudicabunt pœnæ ſubiiciendum.Pa.quali?Cha.parem peccato tuo tibi pœnam ſtatuent:nam quum ſomno peccaueris:æterno etiam te ſomno damnabunt.Pa.dormiam ergo in æternum?Cha.ita puto:niſi grauius ſit aliud peccatum tibi.Pa.ſic mites habeam iudices:ut non ſit grauius aliud mihi.Cha.nullam ergo niſi ſomni pœnam patieris.Pa.non hæc grauis pœna mihi uidetur.Cha.neq̧ aſinis etiam:& bobus:at magnis:& excellēti aliqua uirtute preditis uiris grauiſſima exiſtimatur.Pa.q̄s uero dic pœnas pferent tyrāni?Cha.audis tot clamantes & lamentantes uoces:tot orificos planctus:tantū ſtridorē ferri:tot tractus cathenarū.Pa.delectabat me adeo ſermocinatio tua:ut his minime aīum intenderem.ſed quid audio tam triſte:atq̧ horrendum ꝙ præ horrore pœnæ aures meæ ſuſtinere nō poſſunt?Cha.ſunt hæc quæ audis tormenta tyrānoꝝ nam quū illi ī uita carcere quē q̄ incluſerint:ſpoliauerīt:flagellauerint:trucidauerint in ſummum luctū:in ſūmā egeſtatē:& calamitatē deduxerint:damnati ſunt etiā ab incorruptis iudicibus ad perferendas pares pœnas.Ideo teterrimis quoq̧ carceribus incluſi:ſpoliati:flagellati:rotati:cæſi mēbrati:ac mille atrociſſimis mortibus cruentati:tantos edunt quantos audis gemitus:tantum luctū:tot ac tantos reboatus:clamores:atq̧ eiulatus.Pa.dic etiam mihi charon:an his pœnis plectuntur q magni:atq̧ primarii tyrānis aſiſtunt.Cha.prorſus hiſdē:nam ſuaſu:& conſilio eoꝝ maxime comittūt tyrāni ſcelera ſua.Pa.an & in uita illi beati.Cha.nō ſecus ac tyrāni:qbus aſiſtūt:nā hiſdē quoq̧ malis ſubiecti ſūt:eadē enī ſunt in eos populoꝝ odia:maiora etiā īter ſe eædē curæ:eadē picula:& qđ miſerabilius ē:deiiciunť ſæpe a tyrānis ſuis:& uel carcere:uel morte aliqn̄ peſſima afficiunť.Pa.tāta eſt ergo tāq̧ generalis oīum calamitas:ullam uero prorſus eſſe putas hoīum ſortē q̄ beata duci poſſit.Cha.immo beatos aliquos nō nego fuiſſe mortales ſed praros tn̄.Pa.quos perraros?Cha.qui amore uirtutis & litteraꝝ contēpſerunt cætera mundi bona.Qui ſe innocuos:puros:caſtos:ītegros:īcorruptos:cōſeruantes extulerunt aīum altius ad guſtādā diuinā excellētiā:humana q̄ſi ſordida:& abiecta reliquētes.Nam uirtus p ſe tā dulcis:tamq̧ iocunda res eſt:ut īcredibiles amatoribus ſuis afferat uoluptates.Tam nobilis & pſtans eſt eius poſſeſſio:ut

ſumma quadam ubertate ditet poſſeſſores ſuos. Quã qui uere ẽ aſſequutus:
nihil ꝑter litteraꝝ ſtudia dulce: nihil ꝑter dei cognitionẽ hẽt amabile. Quæ
tãtum ꝑdulcia ſibi bona ſtabilia: perpetua: ĩcorrupta prælegit: cuſtodit: am
plectiť: reliqua uero mũdi ſupremo tandem guſtu amara: infirma: momẽta/
nea: corruptibilia fuco mẽdatiora: hilo inaniora: hilla ieiuniora: papis uolã/
tibus leuiora: fugit: cõtemnit: abiicit: conculcat. Contentuſq; ſeipſo ac ho/
neſtiſſimis: ſuauiſſimiſq; ſtudiis ſuis totũ nihili mundũ ducit: ruentẽ etiam
non formidat. In his recreať: refocilať: letam & iocũdã agit uitã: ridet tan/
tas hoĩum: tãq; ſtultas: & ultro ſibi quæſitas anxietates: tot ineptias: tot caſ
ſos labores: tot inanes curas: nemini nocet: nemini moleſtus eſt. Laudãt eũ
oẽs prædicant: admiranť beniuolentia cõplectunť: fauore ꝓſequunť: q̃ ue/
re hic beatus eſt: qui conſcientiæ ſuæ ĩnocentia: & integritate: fruiť. Quod
primũ eſt: & dulcius oĩbus bonus: ſecuruſq; ſui nullo timore angiť: nulla an
guſtia torqueť: nõ timet larga (qbus caret) q̃ſq; nihili facit diuitias ſibi a po
tentioribus eripi. Non timet a quocunq; ſe ledi: q nec quemq̃ ſe leſiſſe certo
ĩtelligat: q̃ uere hic fœlix eſt: qui tot: tãtiſq; ſemotus curis: & periculis: tanta
rum uacuus ꝑturbationũ: ſibi ſemꝑ: aliiſq; iocundus leteť ſemꝑ & omnibus
quot quot ſunt mundi honeſtis: & his etiam: q̃ cælibũ cõmunes ſunt ꝑfrua
tur uoluptatibus: qui humanioribus: ſanctioribuſq; deditus ſtudiis contem
nat oĩa: cõtẽneſq; oĩa poſideat. Nam is poſſideť oĩa uideť: nõ qui omnibus
abundet: ſed cui nihil deficiat. Porro illi nihil deficit: qui nihil cõcupiſcit.
Concupiſcens autẽ nihil: cõtemnit oĩa: conteneſq; ita id aſſequiť, quod de
ſiderat. Deſiderio non ſuo ea demũ uera & ſola beatitudo: beatorũq; oĩum
plenitudo eſt. Pa. hi ergo quũ nihil mali egerint: pœnarũ & nihil patiunť.
Cha. nihil prorſus immo ꝓpter tranſactã bene uitam meritum magnũ aſſe
quunť. Pa. qđ. Cha. uel celi fiunt ĩcolæ cõicãtq; æternũ illis cœleſtis bonis:
uel ſi huc deſcendũt: mittunť in eliſiũ: Qui locus eſt quietis: ac deliciarum:
ubi ſedes fortunatæ: cãpi apti: læti oĩum oĩo pœnaꝝ expertes. Pa. o ſi mihi
ad mortales redire aliquãdo cõtingeret: ĩclamarẽ q̃ magna poſſem uoce: ad
monerem ꝓ ſuo quęq; officio: & dignitate: accuſarem tãtam laborũ fruſtra/
tionẽ: tantã cura rũ uanitatẽ: tot corruptas opiniões ꝑuerſaq; iuditia: ſed q̃
maxĩe increparẽ: q uel magiſtratu quopiam magno: uel ĩperio cæteros an/
tecedunt: oſtenderem tanta: quæ antea ignorabam: ſed te docente nunc in
telligo mala eoꝝ grauiſſima: dictu horribilia: reuocarem oẽs a uitiis: ab infe
rendis iniuriis: ad meliorem uictum: a ſupfluua agendaꝝ rerũ cura: inten/
derem: deſiderio uirtutis laudarẽ ĩnocentiam: prædicarem frugalitatem:
exhortarer cunctos ad bene grauiter: caſtigateq; uiuẽdũ: ad ſe cognoſcendũ
ad contemnendũ tot caduca: & ſomni cuiuſdam uel umbræ magis ſimilia
mundi bona: inuitarem ad honeſtas artes: ad ingenuas exercitationes: ad
ſtudia litteraꝝ ad ſpem: ac cõtẽplationẽ diuinę bõitatis. Cha. & recte ſane
ſed uides: & ripam attigiſſe egredere iã. Pa. & iam egreſſus ſum: ad iudices
eo: placidã opto tibi ſemꝑ nauigationem: ſalue o charõ: & uale: Cha. & ego

ad reliq̃s umbras redeo:placidos opto tibi ſp iudices:ſalue o pallure & uale.
❡Luciãi Charõ ſiue ſpeculantes locutores: Charõ & Mer. Mercurius.
QVid rides o charon? quid ue relicta cymba inſolens admodũ ad
hæc noſtra ueniſti? cha. deſideraui o mercuri quæ in uita ſunt co-
gnoſcere:& quid uiuentes:agãt:qbuſue priuati:cũ ad nos deſcẽ-
derint:oẽs plorent. Ex ipſis.n.nundũ quiſq̃ ſine lachrymis anna
uigauit. Quoniam igiť ĩpetraui a plutone diei unius uacationẽ queadmo
dũ adoleſcẽs ille theſſalus aſcendi ad hanc lucẽ:oportuneq; tibi uideor occu
riſſe. Scio enĩ optime te mihi ducẽ futuꝝ:quæq; noſti oſtenſurum oĩa. Mer.
non ocium mihi o portitor. nã ioui maximo aliquid humanarũ rerũ mini-
ſtraturus abſcedo. Iraſciť ille facile:qua re uereor:ne ſi fuero tardus: totum
me ueſtrum fore: iubeat:coniiciatq; ĩ tenebras:uel & mihi quod uulcão eue
niat:ut de cœlo in terrã deiectus:œnochous altero pede claudicans ridicu-
lus diis manibus fiã. Cha. oberrantẽ igitur me ſuper terrã aſpernabere:præ
cipueq; cũ inter nos magna intercedat familiaritas:unaq; & nauigemus &
tranſuectemus. bene tñ ſeſe res habet o fili maiæ:ſi meminiſti:ꝙ tibi:neq; ut
remigis fungereris officio:neq; ut ſentinã exhaurires iuſſi unq̃:cum tñ hu-
meros fortiſſimos habeas:ſed ſtertis tu quidẽ in lecto iacens:uel ſi quem na
ctus ex mortuis fueris per totam cũ eo nauigationẽ cõfabularis. at ego ſe-
nex cymbã trahens ſolus remigio. Sed per Iouẽ patrẽ ne me deſere mi mer-
curiole. Verũ per oĩa:quæ ſunt apud ſupos circunducito:ut redeã cũ uide-
rim aliquid. Quod ſi me deſeris:cæcis haud quicq̃ intererro:nã ut illi errãt
& labunť in tenebris. ita rurſus & ipſe tibi cæcutius lumẽ aſpicio. Sed ſine
te exorẽ mi cylleni. qm̃ nõ in ĩagratũ:ſed in eũ:qui ſemper meminerit:bene
ficiũ cõferes. Mer. in me hæc cudeť faba. Video enim qui optime:ſi tibi du
catũ pſtitero:quã ſim habiturus mercedẽ colaphis & pugnis oĩno cædat.
mos tamẽ gerendus tibi eſt. Nã qua qs dignus ẽ pœna: ſi ab amico coactus
aliquid fecerit? Verũ & enim fieri haud quaq̃ poteſt o charon ut uideas om
nia diligenter:multorum enĩ annoꝝ futura mora eſt. Deinde præconiũ fa-
cere tãq̃ ab ioue aufugerĩ me oportebit. Itemq; publicanus æacus ægre feret
ſi ne obolum quidem lucrabitur. Verum ut capita rerum uideas:quid facto
opus eſt cõſyderemus. Cha. tu ipſe præcipias:nam eorũ quæ ſunt ſupra ter-
ram quum ſim peregrinus noui nihil. Mer. excelſiore quodã loco nobis eſt
opus o. Charõ unde omnia queas deſpicere. quod ſi cœlum poſſes aſcende
re:nõ laboraremus nam ex eo loco tanq̃ e ſpecula quadam cuncta intueri li-
ceret. Sed tibi qui ſemper es inter mortuos:& deos manes iouis regiam nõ
eſt fas ingredi:qua propter res admonet:ut aliquẽ eminentiorẽ locũ inue-
niamus. Cha. quæ tibi o mercuri inter nauigandum ſoleo dicere ea te me-
miniſſe decet. nam quando uis uentorum uela uehementer impetit: flucti-
buſq; unda attollitur:& uos nauigationis imperiti iubetis nunc uela laxari:
nunc conthrai:nunc ea uentis permittere:ego in puppi ſedens clauo inhæ-
rens non ignarus eorum quæ facto opus ſunt:ſilere uos iubeo. Eodem mo

do tu o mercuri ceu gubernator nunc ea facias? quæ tibi meliora uidentur:
Ego uero ut lex eſt apud epibatas: tacitus: ſedens quæ iuſſeris parebo. Mer.
dicis probelle iam ſileas iubeo inueniam certe ſpeculam nobis idoneam: nū
quid caucaſus: aut celſior parnaſus: uel eminentior utroq; olympus erit cō-
modior? non enim fruſtra aſpexi olympū: ſed tua mihi opus eſt opera. Cha.
Iube: nam quicqd iuſſeris faciā ꝓ uiribus. Mer. homerus poeta ait duos aloei
filios quum eſſent adhuc pueri oſſam a radicibus euellentes olympo ſuper
impoſuiſſe deinde pelion ſup oſſam ratos per hunc modum poſſe cœlū aſcē
dere. ſed quia Iouis hoſtes dederunt merito pœnas; nos uero quū nihil ad-
uerſus deos agamus quid obſtat: ne montes mōtibus ſuperimponamus: ut
ex ſublimiore quodam loco cuncta intueri poſſimus. Cha. poterimus ne o
mercuri nos pelion eleuare & oſſam? Mer. quare non charon? an cenſes nos
qui inter deos annumeramur illis adoleſcētibus eſſe imbecilliores. Cha. mi
nime: ſed res uidetur perdifficilis factu. Mer. obtuſo es ingenio charō: & im
peritus: minimeq; poeticus: nam homerus poeta celeberrimus duobus uer-
ſibus aſcenſum nobis facit in cœlum: adeo facile mōtes mōtibus ſuperim-
ponit. Et miror ſi tibi hæc monſtra uidentur: qui atlanta cognoueris: qui ſo
lus cœlum ſuſtinet: & quæ in cœlo ſunt omnia ſed ut atlas ab eo aliquādo la
bore qeſceret: aſſerunt herculē fratrē illi tantæ moli ſuppoſuiſſe caput. Cha.
ego iſta audiui o mercuri: ſed an uera ſint: ne: noſti tu: & poetæ nos negotiū
noſtrū peragamus? Mer. ueriſſima ſunt o charō: nec ſapiētiſſimos homines
iſta finxiſſe exiſtimes. Itaq; oſſam ſūmoueamus prius ueluti homerus archi-
tectus egregius nos admonet carminibus: & ſup oſſam pelion frondoſum.
Vides ne q̄ facile ac poetice confecimus hanc fabricam? Eia igit̄ aſcēdā: ut
uideam ſatis ne hoc: ſit an adhuc ædificare oportet. Papę in loco humili ac
depſſo adhuc ſumus: nāq; ab oriēte uix ionia lydiaq; uident̄: ab occaſu ſolū
italia & ſicilia: ab Aquilōe hiſter ab auſtro creta: nec illa bene apparet: Qua-
re oetā quoq; nobis ſummouendum eſt ac ſupra oēs parnaſum ipſum poni
oportet. Cha. ita faciamus: ſed uide ne ſupramodum opus extollentes
una cum illo ruamus: amaramq; homeri fabricam perfractis ceruicibus ex-
periamur. Mer. confide in tuto cuncta conſiſtent: tranſfer oetam: ſuperim
pone olympum. Cha. en tibi. Mer. aſcendo rurſus bene ſeſe res habet oīa ui-
deo: aſcende iam. Cha. porrige dextrā o mercuri: non enim paruam iubes
molem aſcendere. Mer. ſi omnia o charon cupis cognoſcere: nequaq̄ ſimul
hæc duo: ut tutus ſis: & ſpectandi cupidus: tene dextram: caue ponas in lu-
brico pedem. O factum bene aſcendiſti & tu: quia parnaſus biceps eſt: com
prehendamus utrunque uerticem: ut ſedentes cuncta queamus aſpicere:
circunſpice iam totum terrarum orbem. Cha. uideo terram amplam a ſta-
gno quodam peringenti circundatam. Video montes: flumina: quæ & co-
cyto ſunt & phlegethonte maiora: homines etiam puſillos: & eorum qua-
ſi quoſdam nidulos. Mer. urbes illæ quidem o charon: quas tu nidos ap-
pellas. Cha. nequicquam o mercuri elaboraſſe nos uideo: & parnaſum

cum caſtalio fonte: oetamq; & montes alios tranſtuliſſe. Mer. quamobrem? Cha. quia nõ ueni ut mõtes: fluminaq; proſpicerẽ: ſed cupiens res hominũ actuſq; cognoſcere quod tibi ſcire tunc licuit: quando ridenti mihi factus obuiam: cur ita effuſe riderem interrogaſti. Audiuerã. n. quempiã: atq; ideo ſupra modũ ſum lætatus. Mer. quid nã id erat. Cha. uocatus quidã ab amico: ad cœnã arbitror: cras inquit ueniã: ac inter incedendũ a tegula: quæ e tecto decidit: neſcio quomodo ex edificio occiſus eſt: hoc cũ aſpexi riſi uæhementer: quia quod promiſerat pręſtare: miſer non potuit. Sed uolo diſcedere: ut longe plura & audiã & uideam. Mer. mane heuabo ego te huiuſmodi cura: lynceũq; breui efficiã cũ ab homero quædã: & incantationẽ: quę ad id accõmodet: accepero: atq; interim dũ dico carmina: memineris: non te adhuc uiſu habeti cernere: uerũ aperte uidere omnia. Cha. dic modo. Mer. iã ex oculis animo ui caliginẽ: ut bene cognoſcas: & deũ & hominẽ. Cha. quid eſt. Mer. iã uides. Cha. Lynceus ille præme tanq̃ cæcus admodũ. Itaq; tu me doce: reſponde interroganti: ſed uis ut: & ego homerice ĩterrogẽ? ut ſcias: & me non ignarũ eſſe homeri. Mer. tu remo & naui ſemper ĩcumbens noſtri homerũ? Cha. noli artẽ nauigandi deridere: quod te haud quaq̃ decet: ſed q; illũ ꝓbe norim hinc ſcire maxime potes: nã p acheronta cũ illũ naui tranſuehere: orta tẽpeſtate illos uerſus canere cœpit: quibus ĩfauſtũ nauigantibꝰ iter deſcribit. Neptunus nubes collegit: atq; ab imiſſedibus mare totũ commouit trifido tridente: omnibuſq; procellis. Hæc & multa alia cũ caneret unda uæhementiore turbine concita puppim repente irruit: illiuſq; pœne euertit ui carminũ. Cũq; nauſearet ille multa euomuit carmina de ſcylla carobdi & cyclope: nõ mirũ igitur ſi ex tanta uomitione pauca aſſeruaui. Sed dicas mihi uelim: quis nam ſit ille uir nequam: qui tanta carne ſuffultus forma & corporis magnitudine decorus uertice ſup eminet cæteros. Mer. ille eſt milo crotõiates: cuius de laudibus uniuerſa pæne græcia reboat: q̃d uiuũ taurũ ĩ medio ſtadio arripuit: atq; humeris tulit. Charon. quãto ego maiore dignus ſum pręconio qui paulo poſt milonem ipſum corripiens imponã ſupra ſcaphidiũ meũ: qui cũ ſe proſtratũ abiectũq; uidebit: palmarum ac laudũ ſuarũ memor ualde plorabit. Nunc quia taurũ humeris in ſtadio ſuſtinet: nunq̃d exiſtimamus putare ſe ad nos aliquando eſſe uenturꝫ. Mer. in tanto corporis robore non cadit cogitatio mortis. Cha. omittamus in præſentia riſum quem dum nauigabimus milo nobis abunde præſtabit: quum non ſolum taurum: ſed ne culicem quidem ſuſtinere poterit. At quis ille ſpecie: & forme honeſtus non græcus ceu ex ipſo habitu apparet? Mer. cyrus o charon filius cambiſis: qui a medis in perſas imperium tranſtulit: quique nuper deuicit aſſyrios: ac babylonem redegit in ditionem ſuam: & nũc lydiam petit: crœſumq; regno priuatus uidetur futurus omnium princeps. Cha. ubi nam crœſus ille. Mer. coniice oculos ad magnam illam: altamq; urbem triplici muro circundatam: ſardis illæ ſunt. Eſt item ille cræſus: qui aureo ſtrato recumbens uerba facit cum ſolone athenienſi philo ſopho: uo

ſumus ne quid inter ſe confabulantur audire? Cha. quid ni creſus. attice hoſpes uidiſti ne diuitias: & theſauros meos: & quantum non ſignati ar/genti: atq; auri: & quã multæ mihi ſint opes dic mihi quẽ ante omnes ho/mines eſſe putas fœliciorẽ? Cha. quid reſpondebit Solon? Mer. ſis animo bono: nõ dicet quicq̃ humile: atq; plebeiũ o Cha. nõ Solon. perpauci quidẽ o crœſe fœlices: ex iis quos ipſe noui. cleobin ac bytonẽ puto fœliciſſimos extitiſſe ſacerdotis filios. Cha. narrat hic oriundos argis qui iugo colla ſũmiſ/ſi ſtatim poſtquã ad iunonis ædẽ: matrem ſacerdotem plauſtro impoſitam pertraxerunt una ambo interiere. Crœ. habeant illi primas partes fœlicitatis dic age quis eſt ſecundus. Solon. athenienſis tellus: qui bene beateq; ui/xit: atq; pro patria mortuus eſt. Crœ. ego uero o ſceleſte tibi fœlix eſſe nõ uideor? Solon. Non dum ſcio o crœſe: niſi ad finem uſq; uitæ perueneris: nã quod quis in uita fortunatiſſimus fuerit: mors eſt argumentũ certiſſimum. Cha. optime reſpondiſti o ſolon: quoniam nõ es noſtri immemor: niſi nos cymba noſtra uexerimus: non putas poſſe fieri horũ uerũ iudiciũ. ſed qui ſunt quos creſſus emittit? quid ue ſupra humeros ferunt? Mer. lateres py/thio apollini aureos dono mittit mercede oraculi: quo morietur breui. eſt profecto uatũ perquam ſtudioſus. Cha. illud eſt igitur aurum ſplendidũq; atq; ſuppalidum: nunc primũ uidi: & ſi audiui ſemper. Mer. illud quidem o charon clarũ nomine: pro quo inter homines pugnat͂ aſſidue. Cha. nihil ineſſe boni in eo uideo: niſi forte illud ſolũ quod portantes aggrauat. Mer. neſcis ad huc quot apud inſanos homines propter aurũ bella: inſidiæ: latro/cinia: periuria: cedes uincula: quot item longæ nauigationes: quot ad emẽ/dũ: uendendũ ue itinera: quot ſeruitia fiant o charon. Cha. nõ tamẽ o mer/curi multũ ab ære differt aurũ æs enim ego noui quando (ut ſcis a ſingulis quibuſq;: quos cymba præterueho: accipio obolũ. Mer. ita eſt certe: ſed æris magna eſt copia atq; ob id nõ eſt curæ mortalibus. Aurũ uero eſt quã rariſſimũ: quod ex terræ uiſceribus effodiunt: nõ enim niſi e terra eſt aurũ: ut plũ/bũ: & cætera metalla. Cha. extremam hominũ dicis inſaniam: qui rem pal/lidam: pergrauemq; ita diſcupiunt: amantq; uehementer. Mer. at ille ſolon o charon aſpernatur aurũ crœſumq; & barbari iactantiã (ut cernis) deridet: & mihi quidem tale quid dicturus uidetur. Cha. audiamus igitur. Solon. dic mihi o Crœſe putas ne apollinem hiſce indigere lateribus? Crœſus. certe per iouem non: eſt enim delphis tale quid munus. Solon. igitur beatio/rem exiſtimas uidere deum ſi una cum cæteris aureos habeat lateres? Crœ. quare non? Solon: ingentem dicis o Crœſe in celo penuriam: ſi ex Lydia tranſmitti aurum ad ſe cupiant cœlicolæ: Crœ. ubi nam tantum auri quantum eſt apud nos? Solon. dic mihi naſcitur ne ferrum in lydia? Crœ. non. Solon. melioris igitur indiga eſt lydia. Crœ. quomodo ferrum eſt auro prę ſtantius. Solon. ſcies utique ſi reſpondere non fuerit graue. Cre. perconta/re quicquid placet o ſolon. Solon. utrum qui ſalutem aliis afferunt an qui efficiuntur ſalui meliores? Cre. qui ſaluos alios faciunt. Solon. ſi ergo cyrus

(ut dicunt nonnulli) aggrediatur lydos aureos: ne tu gladios militibus feceris: an erit opus ferro? Crœſus. ferro certe. Solon: & niſi ſi ferrum parauerís: tuum aurum captiuum migrabit in perſas. Crœ. non inficias eo o ſolō. Solon. abſit ferrum enim auro melius eſſe uideris concedere. Crœ. iubes ne igitur: ut & deo ex ferro lateres mittam? utq; aurū in poſterum rurſus implorem? Solon. neq; ferro illi opus eſt: ſiue æs ſiue aurum dono mittas: alii profecto aliquando poſſidebunt: & lucrum dederis hiſce muneribus: aut phocenſibus: aut delphis: aut bœtiis ipſis: aut tyranno cuipiam: aut latroni. deo autem parue curæ eſt aurum tuum. Crœ. ſemper mecū altercas propter diuitias: mihiq; inuides. Mer. ægre fert lydus o charon audaciam uerborum & ueritatem. Verum dura res ei eſſe uidetur homo pauper qui nihil timet: ſed quod adeſt libere loquitur. At uero ſolonis breui meminerit quādo ipſum captiuū imponi ſupra rogum cyro iubente oportebit. Audiui enī dudū clotho uniuſcuiuſq; fila recenſentem: ubi cum multa: tū hæc inſcripta erant: crœſum a cyro captum iri cyrū uero ipſum a maſſageti de illa eſſe occidendū. Vides ne ſitidem illam in equo albo agentem? Cha. uideo certe. Mer. ea eſt tomyris: quæ abſciſum a ſe cyri caput in utrem iniiciet plenum ſanguine. Vides ne ipſis etiam cyri filium adoleſcentem: ille eſt cambiſes: qui patri ſuccedet in regnum. cumq; milies in libya æthiopiaq; errauerit poſtremo furens interfecerit apia ipſe peribit. Cha. o rem cachino dignam ſed quis ipſos nunc intueri queat aſpernantes alios? ſiue quis crederet unquam: quod paulo poſt hic erit captiuus? illius uero caput erit in utre pleno ſanguinis: ille uero o mercuri quis eſt purpurea ueſte indutus cum diademate: cui reddit anulum coquus exenterato piſce in amphirete inſula. quendā uero ſe eſſe regem oſtentat. Mer. dicis optime o charon: uerum polycratem uides ſamiorum tyrannum: qui ſe putat eſſe fortunatiſſimum omnium. ſed ipſe etiam a menandro ſeruo oretæ ſatrape hoſti traditus cruci effigetur miſer qui ex tanta fœlicitate tam breui deciderit: & enim hæc dū clotho fila recenſet accepi. Cha. admiror te generoſa clotho eos ipſos o optima obtrunca: horum capita abſinde: crucifige: ut cognoſcant quod homines ſunt tolluntq; in altum ut lapſu grauiores ruant: itaq; magis doleant. Ego uero ridebo quando unū quēq; eorum nudū inuenero in ſcaphidio: neq; purpurā neq; tiaram aureum ue lectū afferentem. Mer. & horum quid eſt ſic ſeſe res habeant: ſed populos cernis ne o charon quorum hi nauigant: hi bella gerunt: hi pro tribunali cognoſcunt cauſas: hi agros colunt: hi fœnerantur: hi ſunt una littera pluſquam medici? Cha. uideo ſane populos uarios: uitāque hominū tumultu: atq; erroribus plenam: & ipſorum urbes alueraribus ſimiles: in quibus ſuum quiſq; habet aculeum: & proximū quemq; pungit. Pauci quidem agūt: ac ferūt humiliorem ut ueſpe. ſed hæc turba: quæ ipſos circūuolat palam: qui ſunt Mer. ſpes o charon & inſania: & uoluptates: & auaritia: & ira: & odiū: & id genus cætera: quibuſcū ignorantia qdem īmiſte eſt: ſimulq; uerſatur: & per iouem etiam odiū: ira: zelotipia: inſcitia: indi

gẽtia:auaritia:Sed eorũ:q ſupra uolitant:timor qdem irruens percutit & pterret interdũ. Spes uero imminentes capit: cũ maxime ſperant hoíes obliuiſcũtur ipſorũ:& euaneſcũt:ipſoſq hiantes deſerũt:& fruſtrant ut unda tãtalũ: quẽ uides apud inferos excruciari:ſi uero acrius intuearis: uidebis parcas ſua cuiq ſtamina trahere: ac tenuiſſimis omnes ceu arachnæ alligatos filis pendere. Cha. uideo optime tenuiſſimũ quodq filũ:multaq perplexa tũ uni:tũ alii ſupra caput. Mer. digne:ac merito o portitor. n. infatis:ut ille ab hoc:atq ab illo:hic uita priuetur:& hic illius:ille huius fiant hæredes:& cui anguſta ſæpe eſt:is locupletis bona conſequatur:hoc autẽ perplexitas illa ſignificat. Nonne uides omnes tenui quodã pendere filo: quandoquidẽ põdus pferre amplius haud q̃quã poteſt:ingenti ſonitu ruit præceps:hic uero pauliſper ab humo ſublatus:ſi cadat:nullus fiet ſtrepitus: uixq a uicinis propioribus audietur caſus. Cha. ualde hæc ridicula o mercuri:& plena inſanie. Mer. at qui non poſſes unquã dicere pro dignitate ſatis hæc eſſe ridicula:& maxime cũ ſummo iſta ſtudio exqrant homines:quæ dũ ſequuntur: mors optía eos arripit:cuius nũtii:& miniſtri ualde multi (ut uides febres uariæ:uomicæ:pulmonaria:gladii:latrocinia:aconita:iudices: tyrãni: quorũ nihil unq̃ eis uenit in mentẽ:ut bene faciant. Verũ cũ in hos incidunt caſus:tunc frequens illud:heu:heu:ab:o:hei: quod hui: ſi ab initio conſiderarẽt ſe eſſe mortales: breuiſſimãq eſſe uitam hominibus datã tanq̃ e ſomno e uita deſcederent terrenis omnibus derelictis. uiuerentq prudẽtius: atq obeuntes mortẽ longeminus dolerent. Sed quia putant ſe ab his rebus nunq̃ poſſe auelli:quãdo mortis miniſter adeſt:uocatq:& febri uomicans abducit enectos:q̃ plurimũ dolent:& conqueruntur e uita excedere:q nunq̃ priuatã iri ſe terrenis:& caducis rebus exiſtimabãt:qui ſũmo ſtudio:curaq ędificat: inquietatq operarios:faceret ne:ſi ſe domũ nõ habitaturũ:ſed perfecta illa: ſtatim moriturũ hærediq relicturũ:nec ſemel qdem in ea cœnaturũ cognoſceret miſer. Alius autẽ o charon;quia filiũ peperit uxor:ĩ cõuiuiũq amicos conuocat:atq patris nomẽ ĩponit:ſi ſciret mendicũ ĩteriturũ eſſe filiũ: uidetur ne tibi eo filio gauiſurus? ſed cauſa eſt quia patrẽ athletæ gaudio ſũmo affici uidet:quoniã ex olympico certamine uictor domũ redierit filius. Vicinũ autẽ filii efferẽtẽ funus nõ uidet:ignorat: q̃li etiã ipſius filius ſtamine pendeat. Qui uero de agrorũ finibus litigant: quiq ut ſibi pecuniam congregent:nunq̃ quieſcunt:quales ſint uides:qui priuſquã partis potiri cœperint:ex iis:quos prædixi nunciis:ac miniſtris mortis arripiũtur: abducũtur que ad ĩferos. Cha. oĩa certe uideo: mecũq ipſe cõſidero qd dulce illis inuita ſit:qd ue ſit illud:quo tantũ doleant:lugeantq priuati. Nã ſi reges eos ſecũ quis cogitet: qui fœliciſſimi eſſe omnium uideantur in uita præter incertam: ambiguamque (ut aiunt) regum fortũnam: plura eſſe illis amara quam dulcia inueniet metus: tumultus: odia:inſidias:iras:adulationes: horum enim omnes ſunt participes. Prætereo luctus: morbos paſſiones honorum æqualium: quæ ipſis imperant: & dominantur. Nond um

enim tempus: ut hæc qualia ſint in priuatis hominibus connumeremus.
Dicam tibi igitur o mercuri: cui nam ſimiles eſſe homines putem: uitamq̃
eorum omnem. Vidiſti ne unq̃ ampullas in aquis repetinis himbribus ge
neratas: dico inflationes ex q̃bus cogitur ſpuma? Sunt enim ex illis nonnul
læ paruæ: ſtatimq̃ ortæ euaneſcunt. Aliæ paulo durant diutius: quæ aliis
ſuperuenie̅tibus in magnũ tumorem exereſcunt: ſed tamen & illæ extingun
tur poenitus: aliter enim fieri non poteſt. Talis eſt hominum uita: omnes
enim uitali aura tumentes: hi maiore quidem alii uero minore: atq̃ his qui-
dem anguſta eſt uita: auraq̃ cito interitura: hi uero una cum eſſe cœperint
extinguntur. Omnibus tamen moriendũ eſt. Mer. Non minus propriam ſi
militudinem q̃ homerus: feciſti o charõ: qui foliis humanum comparat ge-
nus. Cha. atque cum breuiſſima ſit uita hominis: quid agant uides: & que-
admodum alter alterum in principatu honoribus: diuitiis: & cæteris gene-
ris eiuſdem ſuperare pro uiribus expetit: quibus omnibus derelictis: oporte
bit eos unum dumtaxat habentes obolum proficiſci ad charonem. Et quo-
niam in excelſo ſumus loco: uis ut exclamans peringenti uoce ipſos admo-
neam: ut ab inſanis abſtineant laboribus ac modeſte & quieto uiuant ani-
mo: mortem præoculis ſemper habentes. Dicam o ſtulti: qui inſanitis in re
bus uanis: quid tanta animi inquietudine deliratis? quieſcite iam: abſtine
te inanium laborum: nõ enim uiuetis ſemper: eorum: quæ iſtic ſunt: non eſt
quicq̃ æternum: non aliquid moriens quiſpiam ſecum affert: nudum profi
ciſci neceſſe eſt: domũ uero: & agrum: atq̃ aurum modo horum modo illoꝝ
eſſe: tranſmutare identidem oportet dominos: ſi hæc & huiuſmodi ex ſubli
mi hoc loco illis clamabo: nonne exiſtimas uitæ admodum utile: multoq̃ ſa
pientiores futuꝝ. Mer. o fortunate: charõ neſcis: q̃ta ſit illis ignorãtia: q̃tus
error: ut ne terebella q̃dẽ eoꝝ aperire aures queas: tãta illas cera cõcluſerũt
q̃ta ſocioꝝ aures ulyſſes ſyrenũ metuens dulcis cantus. Vnde igitur illi: ſi
rumperis etiam clamans poſſent audire? Quod lete apud nos: apud homi
nes ignorantia poteſt. Sunt tamẽ ex ipſis pauci: qui aures cera non occluſe
runt: ueritati acquieſcunt: & res humanas acute perſpiciũt: atq̃ quales ſint
haud faciunt pili. Cha. illis igitur exclamemus. Mer. ſuperuacuum & hoc:
ut illis quæ obtime norint ineulces. nonne uides: ut abſtinentes multa: quæ
fiunt derident: & nequaq̃ eis placent. Sed certum eſt eos ſecundum nos de
uitæ curriculo iam conſulere: habentur enim odio ignorantiam eorum co-
arguentes. Cha. euge o generoſe. ſed per pauci o mercuri. Mer. ſunt & hi
multi. ſed iam deſcendamus. Cha. adhuc unum ſcire cupio o mercuri: cum
illud oſtenderis a te mihi cumulatiſſime ſatiſfactum fuiſſe fatebor: ubi nam
corporum apothecas effodiunt ſcire uelim. Mer. monumenta o charon: &
tumbas: tumuloſq̃: & ſepulchra hęc uocant homines: uerumtamen cernis:
ne ante urbes aggeres illos: ac ſtatuuas: & pyramides? Mortuorũ thecæ ſũt
omnia: & ſarcophagi. Cha. quid igitur illi coronant ſaxa: atque unguento
illinũt? Quid uero ante tumulos: ſtructa pyra foueaq̃ effoſſa: lautas ibi ado

lent cœnas:uinum effundentes:ac melicratum. Mer. neſcio o charon quid proſint hæc hiis:qui deſcenderũt ad īferos.ſed credũt eas aīas circunuolã/tes nidorẽ uictimæ:fumũq; delibare:& a fouea bibere melicratũ. Charon illos bibere & comeſſe:qui oſſa ſunt ſicca:& perarida:ridiculus ſane tibi uide/or iſta cõmemorãs:qui quottidie agas eorũ aīas.noſti enī:an qui ſemel ſunt ſepulti:redire ad ſupos queãt.Præterea ego o mercuri q̃ plurimis negotiis impeditus cachino digna perferrem: ſi me nõ ſemel illos:ſed iterum deducere oporteret.O ſtulti q ignoratis:qd inter mortuos:uiuoſq; interſit: & qua/lia ſint ea:q̃ nos habemus:& ꝙ nil inhumatus eo differt:quirite ſepultus.

Atq; eadem atridæ:& fortuna binominis hyri.
Non eſt deformi therſite maior achilles.
Aeque imbecillum miſeris caput omnibus:æque.
Nudi omnes:arent herboſa:ut prata calore.

Mer.optime homerũ adducis o charon:& quia id meminiſti ſepulchrũ tibi achillis oſtendã uideſne illud in littore apud troianũ ſigeum? e regiõe uero in rheteo aiax ſepultus eſt. Cha.parua illa qdẽ ſũt o mercuri ſepulchra.ſed iã celeberrimas urbes:quas audiuimus:oſtendas mihi uelī:& quæ nini fuit: quæq; ſardanapali:babylona:mycenas:cleonas:ipſamq; iliõ:ꝑmultas equidẽ memini:ut q decẽ totos annos trãſuectari illīc ad nos ꝑfectas aīas:ut nõ modo nõ diſcedere unq̃:ſed ne ſentinã qdem exhaurire potuerim. Mer.ni/ni qdẽ o portitor delata eſt pœnitus;ut ne ueſtigiũ qdẽ appareat:neq; locũ; ubi nam fuerit:poſſis oſtẽdere.Illa uero eſt babylõ bene turrita:ac muris cincta q̃ latiſſimis:uerũ:& ipſa paulopoſt(ut nini)pœnitus delebit̃. Mycenas uero:cleonaſq; pudet oſtẽdere:atq; iliũ maxime ſuffucabis:ſcio: cũ deſcẽde/ris homerũ:qui urbes iſtas ita illuſtrauerit carminibus:uerũtamẽ olim fue/re illæ fœlices:nunc & ipſæ interiere:nã ipſæ quoq; urbes o portitor ut hoīes pereunt:& quod uix credas:flumina etiã oīno extinguntur.nam inachi ne alueus qdem relictus eſt apud argos.Papæ homere hiſce laudibus & nomi/nibus ſacra ilios & lacinia bñq; ædificatæ cleonæ:ſed dũ loqmur: q ſunt illi; q bella gerũt:uel quã ob cãm ſe inuicẽ īterficiũt:mutuiſq; uulneribus? Mer/argiui & lacædemonii ſũt o charon:ille uero exanimatus: ac ſemi mortuus eſt othryades imperator:qui ſuo nomini trophæum aſcribit. Cha. qua re eſt inter ipſos bellũ o mercuri? Mer.Propter campũ ipſum:in quo ꝑliantur. Cha. o ſummã demẽtiã:o ſtultiſſimos hoīes:o cęcũ humanum genus. Ne/ſciunt miſeri:ꝙ ſi totam ipſorum qſq; poſſideret peloponeſſum; uix pedalem acciperet ab æaco locum. Campum uero ipſum alii; atque alii ſæpe colent agricolæ:qui funditus trophæum aratro euertent. Mer.ita qdem hæc futura ſunt o charon:nos uero iam deſcendamus: monteſq; deſtruentes rurſus in locum ſuum tranſmutemus ac abeamus:ego quidem quo miſſus ſum: tu uero ad porthmeum & cymbam; ueniam autem paulopoſt: & ipſe agens mortuos.Cha.feciſti probe o mercuri: ſane tuum hoc in beneficium nulla unquam delebit obliuio.Didici enim te duce:quale ſunt res īfœlicium ho/

minum:oſtendiſti reges.lateres aureos:ſolemnia ſacrificia:pugnas. *Sed de Charone nullus unquam ſermo.*

¶ Luciani Diogenes locutores. Dio. Alexan. Dio.

QVid hoc o alexander:& tu quoq; e uita migraſti: quemadmodũ & nos oẽs. Al. miraris o diogenes:haud quaq̃ admiratione: ſi homo cũ eſſem mortuus ſum Dio. ammõ igit̃ mentitus eſt. te quũ ſuũ eẽ filiũ fateret̃. Al. eũdẽ philippi ſum pfecto:nõ.n.e uita deceſſiſſem: ſi ammonis fuiſſem filius. Dio. quippe olympiadẽ in cubiculo draconẽ conueniſſe aſſeuerabat:inde ex ipſo te peperiſſe philippũ uero ſummopere decipi cũ putaret:te ſuũ eſſe filiũ. Al. at egomet eadem audiui: ſicut & tu hac uero tẽpeſtate pſucide intelligo & nihil ſani neq; mater ipſa:neq; ammoni uates ꝓfitebant̃ Dio. ſed ipſoꝝ mendaciũ non inutile tibi ad res gerendas fuit o alexander:deterrebant̃ enĩ q̃plurimi te deũ eſſe putantes:dic mihi amabo:cui tam ingens reliquiſti ĩperiũ? Ale. latet me o diogenes:quũ circa hæc cogitare nihil potuerim ꝑter id ſolũ ꝙ moriẽdo perdicæ annulum tradidi. Sed tu q̃ſo currides o diogenes? Dio. quid autem aliud eſt q̃ ꝙ in mentẽ deuenerunt:quæ græci (iã nõ diu eſt) blandientes egerunt:quũ te præſidẽ: & aduerſus barbaros imperatorẽ deligerent. Quidã uero & te duodecĩ diis quũ adderẽt templũ ædificarunt:ac ſacrificia tanq̃ draconis filio obtulerũt Verũ dicas quæſo: qua in parte te macedones ſepelierunt. Alex. babyloniæ iaceo tres modo iã dies. Sed ptolomæus armiger meus pollicitus eſt:ſi cõtingat ab ĩpediente eũ tumultu ocium ducere:me in ægyptũ deferre: ibiq; accuratiſſime ſepelire tanq̃ unũ ex ægyptioꝝ diis. Dio. non igit̃ ridebo o alexander:quũ cernã te in inferno adeſſe:& adhuc inſanire: ſperareq; oſiridẽ: aut aminidem fieri? ſed hoc idẽ o diuiniſſime ne ſperes:cũ nefas ſit & illis:q ſemel paludem tranſfretarũt:ut redeat aliquis: aut qui infra ipſius os trãſierit. Nõ enĩ ſegnis eſt eacus:non cerberus cõtẽnendus:uerũ ego id abſte plibentiſſime audirẽ:quo aĩo fers te:quũ intelligas tantã in terra reliquiſſe fœlicitatẽ:corporis cuſtodes defenſores:milites:auri tantã copiã:te gentes innumeras uenerantes babyloniã:bactra:ingentes beſtias:honorem: gloriã ĩſignẽ eſſe:ac opera ſummo ſtudio dante:ut & tuũ caput ſplendida corona: & corpus regia purpura ornet̃. Nõ ne triſtant te hæc quũ in memoriam redeunt:cur fles o ſtulte:Nõne ariſtoteles ille ſapiens te res huiuſmodi docuit? non firma; non ſtabilia fore:quæ fortuitu fiunt? Al. ſapiens ille omnium: q fuit adulatorum pditiſſimus. Me tantũ mitte quæ ariſtotelis ſunt ſcire:quæ a me poſcit:q̃ iubebat:quo adhuc pacto erga diſciplinã meã uſus eſt diligentia:& cõmẽdãs:& blãdiẽs nũc qdẽ ex fortũa:tanq̃ ipa ps ſũmi bõi exiſteret nũc ãt ex rebus geſtis:aut:q̃ rurſus & partẽ ſũmi bõi eẽ affirmabat:ut & ipſemet accipiẽdo nõ erubeſceret. Homo o diogenes deceptor:atq; ueneficus nẽpe niſi triſtitiam ex eius adeptus ſum ſapientia: quemadmodum ex bonis illis: quæ deinceps ego apud me non connumerabo. Dio. ſcias denique uelim quid acturus ſis. medicinam enim huiuſcemodi triſtitiæ ĩponam. hoc

in loco quum eleboris ualitudo non uagetur. Tu uero obliuionis aquam diripiens q̃ auidiſſime bibe:& rurſus bibe:& q̃ ſæpiſſime. hoc.n.pacto de ari ſtotelicis demum quã habes triſtitiã:maxime interimes. Cæterum & clitũ illum:& caliſtenem cerno:qui & q̃buſdã cũ aliis in te impetum ferũt: quo te in primis lacerent:ac de his:quæ in eos egiſti ulciſcantur: quãobrem alterã tu hanc uiam deambula:& ſæpe:queadmodum dixi:bibe.

¶Luciani terpſion locutores. Ter. Plu. Terpſion.

IVſtum ne hoc eſt o Pluto:me quidẽ e uita obiiſſe.xxx.quũ ſim an norũ. Tu critũ uero ſenẽ ſeptuagenarium:& ultra adhuc uiuere? Plu.iuſtiſſimũ q̃dem o terpſio:nam & ſi ipſe uiuit: ad nullius tãtũ mortẽ affectus ẽ:tu uero oĩ tpe ſuam hereditatẽ expectans: eũ mo ri auidiſſime cupiebas. Ter.nonne opus fuerat quũ ſenex ſit: nequeatq; de cætero eius uti diuitiis:locũ dare iuuenibus. Plu.nouas o terpſio ſtatuis le/ ges:quum ad uoluptatem diuitiis uti nequeat:ipſum e uita decedere: aliter autẽ & ipſam ſortẽ de eo & nr̃am ſtatuiſſe uſ. Ter. hac de cauſa huiuſmodi accuſo ordinem.opus.n.foret:eas res ſucceſſiõe graduq; fieri:ſenem primo: deinde q̃ in ea ætate ſequeref:mori:haud quaq̃ ſe exercere: aut uiuere ex ſe/ necta põt:tres dumtaxat dentes:illi relicti ſunt:uix deſeruiunt oculi: curua tus a quattuor famulis deducif deguttantes nares:lipposq; oculos habẽs: nihil deniq; uoluptatis deguſtans:haud aliter exiſtens q̃ aĩatum quodã ſe/ pulchrũ ab ipſa iuuẽtute deriſum. Vt moriaf optimi:atq; robuſtiſſimi ado leſcentes haud ſecus eſſe uſ:aut ſi flumina ſurſũ deferanf:aut ſaltẽ ſcire ne// ceſſe foret:qñ & ſenibus q̃libet obiret:ne aliquos:ꝑut eis mos ẽ:fallerẽt:q̃p/ pe in preſentia eſt illud ꝓuerbii:ut aiunt.quadriga bouẽ ſepiſſime ducit. Pl. hæc q̃dem o terpſio prudentius fiũt q̃ tibi ꝓfecto uideanf:uerũ & uos quid paſſi eſtis?rebus enĩ alienis gaudetis:dum ſenibus filiis orbatis; uoſmet tã topere tradatis q̃obrẽ in deriſum adducti ab illis ſepelimini:qđ q̃dem pluri mis fit ꝑ iucundũ. Nã q̃to uos magis illos mori pꝓbtatis:tãto plus oĩbus q̃ gratiſſimũ eſt:ſi antẽ eos uos mori contingat. & enim nouã quãdam im me/ dium adducitis artẽ:uetuſtos atq; decrepitos quũ amatis: ꝑſertim q̃dem: ſi liberis ſunt orbati:q̃ uero liberos habẽt:illoꝝ uobis non eſt cura:q̃q̃ ex his qui amanf plurimi:mimine uero ignari aſtuſi eis liberos eſſe contingat:il/ los odiſſe diſſimulãt:ut & ipſi habeant amatores. Inde his in teſtõ excluſis: qui munera diutiſſime obtulerunt liberi:ſicuti qui facto dignum eſt; omnẽ eorum ſubſtantiam conſequuntur.at illi triſtitia affecti:ſuaq; ſpe deluſi den/ tibus fremunt. Ter.omnia hęc uera ſunt quæ autumas ex meis: quanta tu critus:quum ſemper eum mori putarem. Introducebat enim me dum in an guſtia puſitus eẽt:atq; ſub uelamine quodã tanq̃ ex ouo pullus imperfectus garrulabat. Vnde quãto citius eũ ad ſepulchrũ duci exiſtimabã: tanto plus mea me fallebat opiuio: quũ ſemꝑ magis ſe differre pararet:& ne ii:q̃ ĩ amo re concurrebat muneribus me præclaris uincerent:plurima ſollicitudine ex citatus iacebã ſingula enumerans:atq; cauſa mei fuerũt interitus. Is tandẽ

adeo mihi hamū dilacerantem ĩpræſſit:ut prius me deridens ſepulchro tra/
deret.Pl.euge o tucrite diutiſſime uiuas:una & diuitiis abundans & huiu/
ſcendi homines deridens:neq; prius moriaris: quam hos blanditores cun
ctos præmittas. Ter.hoc quidem o pluto periucundiſſimū mihi foret ſi an
te tucritū careados uita decederet.Pl. boni animi ſis o terpſio & phido etiā
&.melanthus: & omnes penitus ipſum præcedent:& ipſiſmet: ut prædixi/
mus:curis. Hæc ego ſummopere commendo o tucrite diutiſſime uiuas.

¶Luciani Her.locutores.Dio.Her.Diogenes.

NVnquid hercules ipſe eſt? haud quiſquā me hercule alius: arcus:
claua pellis leōina:magnitudo ipſa:totus deniq; hercules eſt. Igi
tur e uita deceſſit:qui iouis fuerat filius? dic quæſo o præclariſſi
me:mortuus ne es. Ego enim quum terræ ſupereſſem tibi haud
ſecus quam deo ſacrificaui.Her.recte quippe ſacrificaſti.hercules enim ipſe
in cœlo una cū diis immortalibus conſiſtit: ebem apud ſe habens cruribus
formoſiſſimā.ego uero q te alloquor ſua ſum umbra.Dio.qdnam dicis ama
bo umbra ipſius dei.Her.fieri enim poteſt altera eū ex parte deū eſſe: altera
uita deceſſiſſe.Dio.utique.Her.ille enim nequaquam mortuus eſt:ſed ego
dūtaxat: qui ſui ſum imago.Dio.perpendo nunc peroptime: te ipſum pro
ſua uirili parte plutoni tradidiſſe.Her.ſic res. ſe habet.Dio. quo pacto igi/
tur calidiſſimus quum ſit æacus te eū nequaquam eſſe non nouit: ſed admi
ſit tanquam ſubinductum herculem?Her.quoniam ſibi ſum per quam ſimi
lis.Dio.uera autumas.nam ita perſimilis:ut ille ipſe ſis caueas igitur ne con
tra ſit:tu quidem hercules exiſtas imago uero apud deos immortales ebem
in uxorem duxerit.Her.audax nimium es:atq; loquax: & niſi ab argutiis:
quas in me intuliſti: deſinas: ſenties quamprimum qualis dei imago ſim.
arcus enim nudus eſt: atq; paratus. Dio. cur autem de cætero te timeam
quum ſemel mortuus ſis. Sed per tuum herculem dic quæſo: dum ille uiue
bat:eras ne una ſecum:& tunc imago exiſtens:aut unus quidem eratis in ui
ta: poſteaq; e uita deceſſiſtis: ſeperati: ille quidem ad deos immortales ad
uo auit: tu uero umbra: ut dignum uidetur ad inferos aduenisti. Her. &
ſi fas equidem foret: nequaquam reſponderem uiro ſophiſtice percunctan
ti: at tamen aures quoq; ad hoc porrigas. Quicquid enim amphitrionis
in hercule erat:id ipſum morte affectum eſt:quod nempe ego ſum ut dixi to
tū:qđ autem ioui attineret eſt cū eū diis immortalibus cōſtitutū.Dio. per/
ſpicue nūc intelligo.autumas enim eadē uice alchmenā duos peperiſſe her/
cules:unū qdē ex amphitrione:alterū uero ex ſūmo ioue: ex quo factū eſt:ut
gemini unius matris utero lateretis.Her.nequaq̄ o inſane:idē profecto ipſe
eramus ambo.Dio. neq; adhuc ad intelligendū id facile eſt: duos hercules
in unū eē compoſitos.niſi qs diceret:uos tanq̄ ippocētaurū in unū fuiſſe co
pulatos hominē uidelicet atq; deū.Her.nō ne ſic tibi homines cōpoſi ueſter
animo & corpore? unde qd prohibet animū qdē ipm ex ſūmo ioue natū ad
eſſe cælo:me uero mortalē ad ĩferos aduenisſe. Dio. utiq; eleganter hęc di

ſeruiſſem ſi corpus hac tẽpeſtate eſſes:ſed in corporea es imago:itaq; periculũ eſt te triplicem iam feciſſe herculẽ. Her. quo nam modo triplicẽ. Dio. hoc quidẽ modo nam ſi unus in cœlo exiſtit. tu uero apud nos imago: corpus autẽ apud tumulũ iam in puluerẽ uerſum hæc tria iam confecta ſunt. Animaduertas igitur uelim: quem tertiũ corpori eſſe ĩtelligas patrẽ. Her. audax es atq; ſophiſta. ſed quod nomen tibi eſt: qui huc aduenisti? Dio. diogenis ſinopei imago: ipſe autem per ipſum iouẽ minime cũ diis me immortalibus: ſed cũ mortuorũ optimis cõſtitui homenũ atq; huiuſcemodi fabulas deridẽs.

Luciani Virtus dea locutores Virtus. Mer. Mer.

Virtus dea per epiſtolas orauit modo: ut ſe irẽ: eo percontes: qdnã me uelit: illico ad iouẽ redibo. Vir. ſalue mercuri: ago tibi gratias: quandoqdẽ tua in me pietas atq; benignitas efficit: ut non penitus deſpecta ab omni cætu deorũ: ſim. M. expecto quid narres tu modo per breues narrationes facito. nam edixit: ut confeſtim ad ſe redirem iuppiter. Vi. etiã ne tecũ nobis non licebit noſtras ærũnas exponere. Quos igitur habeo ultores iniuriarũ: ſi non modo apud ipſum maximũ iouem: uerũ & apud te: quẽ ſemper in fratris locũ habui: colui: obſeruaui: condolendi facultas negatur. O me miſeram ad quos cõfugiam: unde auxiliũ petã: me quidẽ cũ ita diſpiciar: malo eſſe truncũ aliquẽ quã deam. M. tandem effare dũ præbeo operam. Vir. uiden quã ſim nuda & fœda? hoc ita ut ſim efficit fortunæ deæ impietas: atq; iniuria. Aderam ſane ornata apud eliſios cãpos ĩter ueteres illos amicos: platonẽ ſilicet ſocratẽ demoſtenẽ: ciceronẽ: archimenidam: policerem praxitelem: & eiuſmodi uiros doctos: qui me dũ uitã agebant: piiſſime: ac religioſiſſime coluere. Interea loci: cũ iã nõ pauci ſalutatũ ad nos aduolaſſent: e ueſtigio fortũa dea ĩſolẽs: audax: temulenta: pcaxt maxima armatorũ turba cõſepta: atq; ſtipata pperans ad nos iactabunda. En inquit plebeia tu ne maioribus diis aduentantibus nõ ultro cedis? Doлui iniuriam nobis ĩmeritis eo pacto fieri. Ac nõ nihil ira cõcitata inq̃. Neque tu maxima dea his uerbis me plebeiã efficiens: neq; ſi maioribus cedendũ eſt: tibi turpiter cedẽdũ cẽſeo. Illa uero illico in conuitiũ ſeſe effert aduerſum me. Pręetereo hic quas cõtumelias in me primũ: dũ hæc ĩter nos geruntur: effunderit. Iccirco plato philoſophus cœpit cõtra nõnulla de deorũ officiis diſputare: illa eſcandeſcens. Apagite hinc uerboſe inqd: non enim decet ſeruos deorũ cauſam ſuſcipere. Cœperat & cicero orator plura uelle ſuadere: at ex turba armatorũ erupit. Mer. antonius pręepotens latera illa ſua de gladiatoria oſtendens: grauiſſimũq; pugnũ in os ciceronis iniecit. Hinc cæteri mei amici perculſi metu: fuga ſibi propere cõſuluere. neq; enim policletes poplites peniculo: aut phidias ſcalpro. aut archimenides oroſcopo: aut cæteri inermes aduerſus audaciſſimos armatos: eoſq; pdis: atq; homicidiis ſuetos bello ad ſeſe tuẽdos ualebãt: ergo me ĩfeliciſſimã ab ipſis diis oĩbus: q tum aderant: atq; hominibus deſertam pugnis: ac calcibus totam confregere: ueſtes meas diripuere: in lutum proſtratam reliquere: demum abire: ouã‑

tes. Ego uero ita confecta: cũ primũ licuit: conſcendi huc ut. IO. M. his de rebus facerẽ certiorem: iam quidẽ mihi ut ĩtromittat expectanti mẽſis ela pſus ẽ: dũq; id: ut ĩpetrẽ oẽs deos exeũtes: atq; redeũtes ꝓcor nouas ſemꝑ ali q̃s excuſatiões audio. aut. n. deos aiũt uacaꝛ ut ĩ tẽpoꝛ cucurbitæ floreſcãt: aut curare: ut papilióib9 alæ ꝑ pulchræ pictæ ad ſiut. Quid igiꝛ? ne uero ali qd ſemꝑ habebũt negotii: quo nos excluſas teneãt: ac floccipẽdãt. Tũ etiã & uilic9 ſuſcepit curã dudũ: ne cucurbitę ſiti ꝑeant. nos tñ neq; diis neq; hoĩb9 cordi ſum9. Has obres te iteꝝ atq; iteꝝ ꝓcor: obteſtorq; mercuri: q ſꝑ apud deos ipſos ĩterpres extitiſti: & ut cauſam hãc meã iuſtiſſimã: atq; piiſſimã ſu ſcipias. At te cõfugio: te ſupplex oro in te oĩs mea ſita eſt ſpes: atq; expecta tio. Da q̃ſo operã: ne dũ a uobis excludor ipſis quoq; mortalibus ſim ludi brio. Nã erit qdẽ dedecus deoꝝ ordini: ubi homũculi me tã & ſi ĩfirmã deã floccipendant. Mer. Audiui: doleo: uerũ ꝑ uetere nr̃a amicitia unũ admo neo: durã nimis atq; difficilẽ cauſam te aduerſus fortunã ſuſcepiſſe. Nam & iuppiter ipſe: ut cæteros omittã deos: cũ ſe ab accepta beneficia nimiũ fortu næ debere ſentiat: illi9 uires: atq; potẽtiã uereꝛ. Ea. n. ad cœlũ diis aſcẽſum ꝓſtitit: atq; ubi uelit ualẽs ſua armatorum manu eiiciet. Qua de re: ſi ſapis: inter plebeios deos ignota quo ad fortunæ odiũ extĩctũ ſit latebis. V. Ae ternũ latitandum eſt: ego & nuda: & deſpecta abeo.

¶ Luciani carmina heroica in amorem.

PErdiderat natum genitrix cytherea uagantem
Anxia ſollicito: quẽ dum per cõpita paſſu
Quærit: ab excelſo tales canit aggere uoces.
Errabunda meus ueſtigia forte cupido
Qua fugiens tulerit: quiſquis monſtrarit aperto
Indicio: huic merces ueneris libanda ferentur
Oſcula: captiuum ſi quiſquam adduxerit: illi
Mox aliquid gaudens ultra dabit oſcula mater.
Quo reperire queas puerum. biſdena dabuntur
Signa tibi: cautus memori: quę mente recondes
Huic non candor ineſt: rubor igneus inficit omnem
Corpus: & ardeſcunt acri contenta nitore
Lumina nec dulces: ſequitur mens ſubdola uoces.
Quippe hyblæa ſonus uincit dulcedine mella
Sed male fallaci reſpondent pectore ſenſus
Feruidus accenſa ſi quando exæſtuat ira
Indomitos animos gerit: immanſuetaq; corda.
Seducit uerbis: nec uera fatebitur unquam.
Eſt puer ille quidem: magno ſed prouidus aſtu.
Ludit & interdum: ſed ludens ſeria tentat.
Dependent humeris criſpi certo ordine crines.
Nec pudor audaci: nec ineſt reuerentia uultu.

Sunt illi paruæq; manus: paruiq; lacerti.
Sed tamen exiguo longos de corpore iactus
Dirigit: ima ferum telo ſub terra ditem
Perculit: & regem manes ſenſere ſubactum:
Candia cum ſtygio rapta eſt proſerpina curru.
Corpora nuda gerit nullo uelamie: tectus
Verum animus uario prudens ornatur amictu:
Præterea aligero ſuſpendens membra uolatu.
Hinc nymphas petit inde uiros: ultroq; receptus
Viſceribus ſedem ſibi ponit: & oſſibus imis
Eſt breuis huic arcus: ſed quo fatalis arundo
Vſq; ſub aſtra ſuum ſeruat propulſa tenorem.
Auratam cernes humero pendere pharetram.
Peſtiferoſq; intus calamos: quibus impius ille
Ipſi ſæpe mihi lætalia uulnera fecit.
Omnia ſæua quidem: ſed cunctis ſæuius illud.
Dextra facem uibrat: miſeras quæ iacta medullas
Paſcitur: hæc ipſum ſolem ſuccenderat æſtu.
Hunc ſi nexilibus poteris conſtringere nodis
Duc arcte uinctum: ne tu miſerere precantis:
Quamuis aſpicias manantia lumina fletu
Decipiare caue: nec ſi ridentia cernas
Ora: graui iubeas laxari uincula nexu
Quod ſi te blandis inuitet ad oſcula uerbis
Effuge: nam labris certum eſt habitare uenenum
Si uero facili promittet uulnera uultu
Telaq;: gnoſiacoſq; arcus: pictamq; pharetram.
Noxia dona time: quicquid tetigere perurunt.

¶ Luciani. Timon locutores. Timon. Iuppiter. Mer. Diuitiæ. Paupertas: Ggnatonides. Philiades: Demeas. Thraſycles. Blepſias.

IVppiter amabilis: hoſpitabilis: amicabilis: ueſtalis: fulgurator: adiurabilis: collector nubiũ: tõitruũ opifex: & ſi qd aliud te altiſſoni poetę uocãt: pſertĩ cũ tuo ad eoꝝ carmĩa fauore ĩdigẽt. Tũc.n. illis multoꝝ nominũ factꝰ metri ruinã fulcis: hac hiãtia ſupples. Vbi nũc ualde reſonãs fulgur & grauis freĩtꝰ tõitruũ: ardẽſq; ac luculẽtũ & terribile fulmẽ qppe oĩa hęc pter: ſolũ nominũ ſtrepitũ: delirametã: & fumꝰ uerꝰ poeticꝰ uidẽt: tua uero famoſa & pcul miſſilia: promptaq; arma: neſcio quomodo frigida facta prorſus extincta ſunt. Quiſpiam ergo ex his: qui periuria perpetrant: ſere lychnum citius timuerint: quam fulminis cuncta domantis flammam: adeo ſemiuſtum quendam ſtipitem uibrare uideris ipſis: ut ignem quidem: uel fumum ex illo nõ metuant: ſolũ autẽ hoc ſe conſecutos putent ex uulnere: q; fuligine pleni ſint. Iam itaq; tibi propterea ſalmoneus retonare auſus

te non falſo credit ſic ad irã frigidum:idque merito:quum ueluti ſuper mã-
dragoram dormias:qui nec piuros audis: nec iniuſta operantes attendis:
ea quæ fiũt temnis:aureſq; ceu decrepiti obſtruſas habes. Quũ enĩ iuuenis
eras:uelox:& uiuax ad iram:multa aduerſus iniuſtos:ac uiolẽtos agitabas:
nullæq; tibi erant feriæ:nunq̃ uacabat fulmen.egis etiam quaſſabatur: toni
trua murmurabant:& fulgura ceu iacula quædam inter conſertas hoſtium
manus ſine intermiſſione iactabantur:motus uero terræ frequentes: naui
umq; cumuli:ac ſaxeæ grandines:utq; tecũ graue loquar: impetuoſi ĩbres
& ualidi:ſpumantiaq; flumina.Itaq; huiuſce temporis in momento naufra
gia ſub deucalione facta ſunt.ut ſubſternentibus cunctis: qui ſubmerſi fue-
rant:una uix arcula illiſa littori ſaluaret̃:fauilla humani generis regeneratio
nem maioris uicii ſeruatura? Meritas ergo deſidiæ pœnas luis:quũ tibi ho-
ſtias:uel coronas:niſi forte quis in olympicis: non religione aut uoto: ſed
uetuſto quaſi quodã more:nemo iam offerat. Teq; o diuum:atq; hominum
rex ſublato paulatim honore ſaturnium eſſe dicunt. Quotiens iam templa
tua expoliarunt:nonnulli quoq; tibi in olympiadibus uiolentas iniecere ma
nus. Tuq; altitonans:uel ad ſuſcitandos canes:uel ad uicinos inuocandos:
ut cum clamore citato gradu illos cõprehenderunt:adhuc paratos ad fugã
piger extitiſti. Quin tu fortis:gigãtumq; deletor:ac titanũ uictor ſedebas:
intortam cęſariem ab illis tondebaris: undecim cubitorum fulmẽ tenens
dextra. Hæc itaque o admirande quouſq; ceſſabũt: adeo ſine cura inſpecta:
quandoue de tanta iniuria pœnas ſumes? Quot phætontibus & deu-
calionibus opus eſſet: ut tam ingentis contumeliæ ultio digna ſumere-
tur. Cæterum ut omiſſis publicis propria dixerim:quot athenienſes in ſubli
me extuli?illuſtrauiq; diuitiis:ac in cunctis neceſſitatibus adiuui? repenti-
nas quoq; ad beneficiũ amicoꝝ opes effudi. poſtq̃ uero ꝓpea inops ſum fa
ctus ab his:q paulo añ me cũ timoꝛ mirabãt̃:& colebãt nutuq; pẽdebãt meo:
tanq̃ ignotus uilipendor. At ſi carpens ĩter obuius eis fiam: ueluti quandã
ſtatuam diu mortui ſupinã:& multo ꝓſtratam tempore prætereũt. Qui ue
quũ me procul aſpexerint:infauſtũ ac inexecrabile quoddã omẽſe uidiſſe ar
bitrati:quẽ pridẽ ſaluatorẽ eſſe dicebant:& benefactorem diuertunt. Itaq;
hac maloꝝ mole præſſus endromide tellurẽ collo:quattuor oboloꝝ mercede
cõtentus:& hac ſolitudine bidenti operando? Sed pro lucro mihi pono:ſi
deinceps nõ uideo q̃ plures indignos feliciter agere.nã hoc me uehementer
coquit. Quãdo igitur o ſaturni rheæq; nate altum hũc: ſempiternũq; ſopo-
rẽ excuties. Iam enim ultra epimenidẽ dormiuiſti fulmenq; quaties aut ex
oeta facta ingenti flãma oſtendes ĩrã fortis & adoleſcentis iouis? niſi forte
uera ſunt:quæ de te:tuoq; ſepulchro cretes fabulantur. Iup. quibus eſt hic o
mercuri qui ex attica ad hymeti radices uociferat̃:totus ſordidus: ac ſquali-
lens & amictus endromide ĩcuruatus arbitror terrã fodit:homo loquax:
& temerarius:philoſophus ne eſt? Neq; enĩ aduerſus nos tam impia:atq; exe
cranda iacularet̃ uerba. Mer. quid ais o pater? ignoras ne timõ a echecrati-

di de colyttea:hic eſt qui quõdã diues ſæpe nos ſacris in ſolemnis centũ ci-
bauit tauris:& apud quẽ conſueuimus ſplẽdide in iouialibus epulari. Iupp.
o mutationẽ:bonus ille diues! circa quẽ tot amici! quæ igitur paſſus ẽ ſqual
lidus:miſer effoſſor:mercenarius:& (ut apparet) tam graue tractans biden
tẽ. Mer. illum (ut ita dixerim) benignitas:& humanitas:ac erga oẽs ĩdigos
miſeratio! utq; uerius loquar:conſuetudo:& amentia:prodigalitaſq; ſic con
triuit:qui haud intelligebat. quid eſſet adulatoribus & lixis gratias impen-
dere. A tot uero:tantiſq; uulturibus infœlix epar corroſus amicos ſuos ex
beniuolẽtia:quam ad eũ ob uoracitatem habere ſimulabant:eos arbitraba-
tur:qui denudatis:obſiſq; oſſibus:medulã:ſi qua inerat exorbebãt: & poſtq̃
ſumma cum diligentia hoc fecerant:abibant illum arridum: abſciſſumq; ra
dicitus deſerentes:nec amplius cognoſcentes:aut aſpicientes. unde nãq; di-
xerim eos impẽdiſſe auxiliũ:uel gratias egiſſe. Ob hoc itaq; amictus endro
mide:ac bidente armatus præ pudore urbe derelicta mercede:ut uides fa-
ctus agricola: malis indignatur: ꝙ ab illo ditati ipſum quodam cum fa-
ſtu preterceunt:nomẽ timonis ignorantes. Iupp. haud negligendus eſt uir:
in fortunio quippe ſuo iraſcitur non ĩmerito. Nam & nos ſimiliter ꝑfanis il
lis adulatoribus faciemus:minime obliti uirũ:qui tot taurorũ femora: & ca
prarũ adipes nobis ſuper aras adolere conſueuerat. Adhuc enĩ olocauſtorũ
nidorẽ in naribus habeo. uerum ꝓpter occupatus uarios:ac deierantiũ tu-
multus:& uim atq; rapinas facientium:ob metũ quoq; ſacrilegia perpetran
tium (Multi quippe & ineuitabiles hi ſunt:qui ne uel parũper oculos claudã
ſinunt) multo iã tẽpore atticam non deſpexi:præſertim ex quo philoſophia:
& uerborum contentiones multiplicatæ in illa ſunt. Quũ enĩ inuicem liti-
gent:& clament audire uota nequeo: ſic ut obſtruſis auribus me ſedere præ
ſtet: obteri ab ipſis: qui nos uirtutem quandam incorpoream:deliramen-
tiſq; ſimillimam fore magna uoce confirmant. Et ideo cõtingit:ut hic a no-
bis neglectus ſit:qui certe malus nõ eſt. Cæterum o mercuri aſſumptis diui
tiis ad illum uelocius accede diuitiæ uero ſecum ducant theſaurũ: amboq;
apud timonem maneant nec ſic facile abſcedant: ꝗꝗ præ benignitate illas
ex domo rurſus expelleret. De adulatoribus uero:illorumq; ĩgratitudine po
ſtea deliberatum:meritaſq; pœnas dabunt:dum interim fulmẽ reficio. Fra-
cti nãq;& obtuſi ſunt duo eius radii maximi:quando ambitioſius illos pau
loante ego acui contra ſophiſtam anaxagoram:qui ſuis familiaribus perſua
ſit nullos omnino nos eſſe deos. Sed ab eo aberraui:ſuper ipſum nanq; peri-
cles ſuam poſuit manum:fulmen autem anacæũ irruit: illudq; incendio fla
grauit:aſt ipſum paulominus contritum eſt petram. Cæterum illis ingens
tormentum erit:ſi timonam diuitẽ uiderit: Mer. quantum fuit querulum:
importunumq; & audacẽ fuiſſe:hi quippe ſoli iuditia tractant. en continuo
ditiſſimus ex inope timon erit:eo ꝙ clamauerit:ac fidenter orauerit: iouẽq;
ad ſua uota conuerterit. ꝙ ſi cum ſilentio tellurẽ effodiſſet: adhuc incuruus
foderet a ioue derelictus. Diui. ego quidem o iuppiter nunquã ad illum re-

deam/Iupp. quare o bene diuitiæ præſertim quũ id iubeã. Diui. edepol: q̃a
me contumeliis affecit: ac expulit: meqꝫ patris ſui amicam partitus in plura
eſt: deqꝫ domo quibuſdam quaſi (ut ita dixerĩ) furcis eiecit haud aliter q̃ ii:
qui e manibus ignem excutiũt. Redibo ne inter paraſitos: & adulatores: ac
meretriculas rurſus diuidenda? Ad illos me mitte iuppiter: qui diuinũ mu
nus intellecturi me fruituri ſunt: quibuſqꝫ deſiderabilis: atqꝫ in præcio ſum.
Hi uero ardeis ſimiles: cum paupertate: quam præhonorãt: ſimul ſint: ſum/
ptaqꝫ endromide cũ bidente gaudeãt miſeri quattuor aſſiũ mercede: qui de
cem talenta ſine meditatione largiuntur. Iupp. nil tale deinceps operaturus
eſt timon: bidẽs quippe illum: niſi forte renum dolorem pœnitus nõ ſentit:
apprime caſtigauit: ut te neceſſario paupertate præeligat. Cæterum mihi
ſemper de his uiſa es queri: quibus nunc incuſas timonẽ: qui foribus aptis
libere te uagari permiſit: nec te recluſit: aut tui. zelotipus fuit. Nonnunq̃ ue/
ro aduerſa cõtra diuites querebare: te quibuſdã ſeris ac uectibus ſignorũqꝫ
ĩpreſſionibus incluſam uſqꝫ adeo detinentes: ut te erigere in lucem non ua/
leres. De his itaqꝫ lamẽtata es: ꝙ multis in tenebris pœne ſuffocabare: & ob
id nobis pallẽs: curiſqꝫ plena: unciſqꝫ articulis præ aſſiduitate computatiõis
uidebare: ſi tempus ſe obtuliſſet diſceſſura. Graue namqꝫ tibi uiſum eſt: ut
æneo: aut ferreo thalamo: ceu altera dane ab auariſſimis: iniquiſſimiſqꝫ pæ/
dagogis uſuris: & computationibus enutritã uitã agas. Itaqꝫ illos intolera/
bilia tibi irrogare dicebas: qui te ultra modũ diligant dumqꝫ liceat frui: ne/
quaq̃ audeãt: ſine quũ dñi ſint: amore non utantur: ſed multis cũ uigiliis ſi
gna cuſtodiãt: clauſtraqꝫ ĩmotis oculis obſeruẽt: proqꝫ magno fructu ducãt:
ſi fructu careãt: neminiqꝫ cõmunicent: ceu canis in ꝑſepio q̧ neccordeũ come
dat: nec eſurientẽ equũ manducare ſinat. Rurſuſqꝫ auaros & cuſtodes irri/
debas: quid haud nouerãt nequã ſeruũ: aut diſpenſatorẽ: aut furciferũ clam
ſubiturũ: & contumeliis affecturũ infelicem: ac immitem dominũ ipſumqꝫ
ad nigrã: anguſtiqꝫ oris incernulam: ſtuppaſqꝫ ſitiẽtes uſuris uigilare dimiſ/
ſurum: quo pacto igitur nõnunq̃ iſta tua querella eſt? Diui. At ſi uerũ ꝓcon/
ctaris iuppiter: utcunqꝫ non ſine ratione feciſſe uidebor tibi. Hæc nanqꝫ ti/
monis permagna remiſſio: negligenſqꝫ nulla protſus in me beniuolentia ti
bi uideret. Rurſus qui me hoſtiis: ac tenebris clauſam ſeruant: ut pinguior
fiam: nec me cõtrectant: aut in lucẽ agunt: amentes: iniuriiqꝫ arbitratu meo
ſunt: ut pote: qui me de ipſis benemeritam tantis in uinculis putreſieri com
pellant: ignariqꝫ non multo poſt tẽpore abibũt: me cuipiam fortunato relin/
quentes. Nec illos igit: neqꝫ ipſos ꝓdigos mei laudauerim: ſed eos qui (ut di
gnũ ẽ) modũ rei ponũt. nec oĩno abſtinẽtes nec: ꝓrſus abiiciẽtes. Cęterũ q̃ſo
iuppiter: ſi q̃s formoſam adoleſcentulã lege ducat uxorem: poſtqꝫ nec illius
cuſtodiam gerat: aut zelum habebat: permittens ut die noctuqꝫ: quo uelit
eat: cũqꝫ illam uolentibus ſimul ſit: inſuperqꝫ mœchos ipſos adducat: & pa/
tentibus ianuis leno fiat: omneſqꝫ ad illam uocet: an hic amare uidebi/
tur? Nõ equidem arbitror iuppiter: ut qui ſæpe amaſti hoc dicturus ſis. Si

quis uero contra libera: ac liberali muliere in domum legitimæ traducta fi/
liam arantis adametac uiuidæ: formoſæq; uirginis ſperát amplexus: nec ui
deri illam ſinat: ſterilemq; & abſq; liberis uirginitatẽ ſeruare cõpellat: hocq;
faciat amare ſic aſſerẽs: idq; indicet: & pallor: & macies: & oculi concaui: nõ
ne hic uidebitur inſanire: quum opus eſſet nuptiarum fructu procreationi li
berorum indulgere! Sed decorum uultum ſic exterminet: puellamq; formo/
ſam ceu alteram ceteris ſacerdotem per omnem uitam nutriat. Ita & ego in
dignor quũ abſq; honore a quibuſdam calcitret: auidiſq; ĩmergar faucibus:
& effundar. A nonnullis uero ueluti ſeruus nigrantibus liuoribus caſti/
gatus tractet Iup. quid igitur aduerſus illos indignaris! utrique enim me/
ritas pœnas dabunt: & hi quidem: ceu tantalus: ſitientes atq; ieiuni: ſolſiq;
auro faucibus inhiantes. Alii uero haud aliter q̃ phineus rapta ex gutture
ab harpyis eſca. ſed ad timonem uade: illum pœnitus ſobriũ repertura es.
Diui. ille enim quando quieſcet: feſtinabit exhaurire me tãq̃ ex cophino per
forato: anteq̃ tota influam ſtudens præoccupare affluentiã: ne ego affluens
plus q̃ ille poſſit exhaurire eũ ĩundẽ! Quare ad danaidũ dolium aq̃ ferre mi
hi uideor: & fruſtra exhaurire: uaſe non tolerante: ſed effundẽdo id: q̃da fflu
it ante prope q̃ influxerit: adeo eſt latus hiatus hydriæ ad effuſionem: & exi
tus liber. Iup. igiẽ niſi obturaberis hunc hiatum: & ſemel tantum euolans:
& breuiter effuſa: in doli fece Endromidem: ac bidentem ruſus ĩueniet: ſed
abite iam tandem: diuitemq; illum facite. Tu uero mercuri tuo ĩ reditu me/
mor eſto ab ætna ad nos ducere cyclopes: ut fulmen acuant: quũ cuius acu
mine opus ſit. Mer. abeamus o diuitiæ quid hoc eſt! claudicans me o gene/
roſa: hactenus latuiſti: quum cæca ſis: & clauda. Diui. non ſemper hoc
mercuri: ſed quum ad aliquem imperio iouis accedo: neſcio quo pacto
tarda ſum: & utrunque claudam pedem: ut uix terminum attingam: ac
ut nonnunquam ſenio confectus ſit: qui me manet. quum uero diſceſſu/
ra ſum: uolucrem uidebis: ac ſomniis ociorem. Simul ergo flagellum ce/
cidit: & ergo iam uiciſſe prædicor ſtadio tranſito: plerunque etiam his:
qui aſpectaculum ſunt: nequaquam cernentibus. Mer. in hoc aperte men/
tita es: multos quidem tibi nominare poſſem: qui externa die nec aſſem:
quo laqueum emerent: habebant: hodie repente locupletes effectos: al/
bos ducere biiuges: quibuſque aliquando nec aſellus erat: nunc rubenti
amicti purpura: & manibus auro micantibus incedunt uix creden//
tes (ut arbitror) quia non in ſomniis diuites facti ſunt. Diui. ſecus eſt mer/
curi: neque enim pedibus tunc uado meis: ad illoſque non iouis: ſed di/
tis imperio: qui eſt magnificus diuiarum elargitor accedo: quod ex
ipſo nomine liquere poteſt. Quum autem opus eſt: ut de altero in alterũ
tranſeant: tabellis immiſſam & accurate ligatam ſublatam tranſferunt: &
is qui mortuus eſt: in aliqua domus tenebroſa parte iacet: ueteri linteo te
ctus ſupergenua: pro quo more catino pugnatur. Qui uero me habere ſpe/
rant: ĩ foro hiantes: ceu hirundinem circunuolantem ſtridulus nidus expe

ctat. Quum autem ſignum ablatum: uincula fracta: apertę tabellæ: nouuſq;
dominus publicatus fuerit: ſiue cognatus: ſiue adulator: ſiue miniſter
ſcelerum ex compedibus honoratus: adhuc barbam raſus ob multiplices:
& diuerſas uoluptates: quas olim extraneus illi ſuppeditauit: ingenti ac-
cepta mercede: generoſus ille quicunque fuerit: me raptis tabellis cur-
rit exportans pro pyrrio: uel dromone: uel tibio: ſiue megacles aut mega-
bizo aut protarchus nomen habeat: illis nequaquam hiãtibus ſeque alte-
rutrũ ĩtuentibus derelictis: uerumq; luctum agentibus: utpote: quibus de
profundo ſagenæ gremio ingens thynnus effugit qui non modicum deuo
rarat eſcam. Cęterum is qui me repẽtinus inuaſit: ignarus boni: duratuſq;
laboribus: homo adhuc hortens compedes: ac ſi quis tranſiens cum flagris
cadebat auiculã: arrigens aures molendinumque: ceu regale palatium uene
rans: non amplius tolerabilis eſt his: qui obuii fiunt: ſed & liberis contume
liam irrogat: & conſeruos uerberibus cedit: licet eiuſmodi expertus ſit: quo
ad in meretriculam quampiam inciderit: equoſq; mittat uel ſe adulatori-
bus dedat: qui illum iurent: & formoſiorem nereo: & generoſiorem cecro-
pe: ſeu codro: ac prudentiorem ulyxe: & crœſo ditiorem: ſex & decem in tẽ
poris momento miſer effudit talenta: quæ multis cum periuriis: & rapinis:
atq; pallatiis fuerant paulatim cumulata. Mer. communia pene ſunt iſta
quæ narras: cæterum quum tuis ipſa pedibus incedis: quomodo cæcam ui-
am inuenis? Aut ad quos te iuppiter miſerit: quum illos dignos eſſe iudi-
cat: ut diuites fiant: noſtri. Diui. putas ne me inuenire: qui ſint hercle non
ſemper: neq; enim ariſtide relicto ad hipponicum: aut calliam accederem: cõ
pluresq; alios ex athenis: qui nec obolo digni ſunt. Mer. uerum quum fueris
deſtinata quid agis? Diui. nunc ſurſum nunc deorſum circumiens erro do-
nec in aliquem incidam: qui non intelligat: quicunque uero mihi obuiam
uenerit: me ſecũ abducta uenit teq; pro ineffabili: ĩſperatoq; lucro ꝓnus eat.
Mer. iuppiter ergo decipitur: putans te (ꝓut ipſi uidet̃) diuites facere eos:
quotcũq; dignos duxerit: ꝗ ditent̃. Diui. imo maxime: nec ĩmerito o bone:
qui quũ me cæcã uideat mittat q̃rere rẽ adeo difficilis: laborioſæq; ĩuẽtiõis:
& multo tẽpore abſcõditã: quã neq; lynceus facile ĩueniret: adeo terrã & par
uã. Igitur quũ bona tã pauca ſint: mala uero plurima: urbeſq; cunctas occu
pent: facile in huiuſce ĩcido: ab illiſq; irretior. Mer. præterea quomodo reli-
ctis illis facile aufugis ignorans uiã. Diui. quippe ad fugã dũtaxat acuto lu
mine cerno: pedibuſq; ĩtegra ſum. Mer. itẽ uelim reſpõdeas mihi: quomodo
cæca quũ ſis (pace dixerim tua) & pallida: grauiſq; cura: tot amatores habe
as: teq; cuncti mirent̃: ſeſeq; felices autumẽt: ſi te cõſecuti fuerĩt. ꝙ ſi nõ: uita
odio ſit. Noui igit̃ quãplures adeo amatores tui: ut in altũ pelagus ſe ꝓcipi
tes dederint: deq; ſaxis ſolẽ ipſum uertice pulſantibus a te contẽni exiſtimã-
tes: quoniam ab initio illos nõ uideras. Sed ſcio: ꝙ & tu nõ ĩficiabere: ſi qua
tibi mens eſt illos ĩſanire: qui hoc amore ĩſaniant. Diui. an putas: ut eis q̃-
lis ſum uidear: uel clauda: uel cæca: aut cætera: quæ ĩſunt mihi huiuſmodi?

Mer. & quare non & ipſi omnino cæci ſunt. Diui. cæci haud quaq̃ ſunt ſed amẽtia: errorq̀: quibus nunc oĩa plena ſunt: illos obũbrat: ego quoq̀ ne pr-ſus deformis uidear: ſumpto perſonatu quodã amabili: auro: gẽmiſq̀ diſtin cto uariis ĩduta: illis obuiã uenio: qui perſonam cernere arbitrati meã deco rẽ amant: pereuntq̀: niſi conſequant: quod ſi quis totũ denudauerit: meq̀ illis oſtenderit conſtat utiq̀: ſeſe accuſatũ ire: qui non acutis luminibus talia ĩtuitus res minime amandas: deformeſq̀ amauerit. Mer. cur igitur diuites effecti iterũ falluntur? Ac ſi quis eos diuitiis priuare contendat: cernis ca-put: quã perſonatũ abiiciant? Neq̀ enim licet eos tunc ignorare: qua ſi for-ma ſuperlata ſit: quũ omnia introrſus ĩſpexerint. Diui. mercuri etiã ad hoc me pauca adiuuant. Mer. quæ? Diui. Nam ſiquis primo ad uotũ apertis me ualuis admiſerint: ambitio: ignorantia: iactantia: mollities: contumeliæ: er-ror: cæteraq̀ huiuſmodi una mecũ ĩtroeunt. Itaq̀ ĩfelix animus ab omnibus captiuatus nõ admirandam miratur: & appetit fugienda: neq̀ omniũ ma-trẽ malorũ illis circunductam ſtupet: uniuerſaq̀ potius mala pateretur: quã me reiicere ſuſtineret. Mer. quũ ſit res quædam maxime delicata: & lubrica: & fugitiua: nullumq̀ certum porrigẽs: capulum: ſed anguilla: uel ſerpens in ter digitos effluas (neſcio quo pacto inopia uiſcoplena: & captu facilis: in-numeriſque hamis obſita: Sed dum interea ambagibus intenti ſumus: res haud parua delituit. Diui. quæ. Mer. theſaurum enim: quo potiſſime indi gebamus: non attulimus. Diui. hac parte confide: in terra namque ſem-per illo relicto ad uos uenio monens: ut intus hoſpitia maneat: neminique aditum pandat: niſi me uocante adierit. Mer. iam atticam deuenimus: pro inde deſequere me pallium tenens: donec terminum attigero. Diui. bene agis mercuri manu me ducens ſi enim ſola uager: in hyperbolum: uel cleo-nem forſitan incidam. Sed quis hic ſtrepitus ceu ferrum ad ſilicem? Mer. ti mon hic ꝓpe montanã: lapidoſamq̀ tellurem bidente ferit: proh & pauper-tas adeſt: & improbus labor: tollerantia quoq̀ ac ſapientia: & fortitudo: cæ-teriq̀ omnes: quos fames erudiit longe præſtantiores q̃ ſatellites tui. Diui. ut quid ergo mercuri uelociter nõ abimus: nihil enim dignũ faciemus ra-tione cũ uiro qui tali eſt ſtipatus exercitu. Mer. haud hoc uiſum eſt ioui: nõ ergo timeamus. Pau. quo hanc argi peremptor manu reducis? Mer. A ioue huc ad timon amittitur. Pau. nunc diuitiæ ad timonem accedunt: quem ego olim male in delitiis habentẽ aſſumpſi: & his ſapientiæ ſcilicet & labo-ri uirũ fortẽ tradidi: ꝓcioq̀ multo dignũ feci. Ita ne ego uobis irridenda: in iuriiſq̀ digna ſum uiſa? ut mihi hãc ſolã poſſeſſiunculã auferre uelitis. quam cũ ſumma cura ad uirtutẽ uſq̀ percolui? quẽ quũ diuitiæ rurſus aſſumpſe-rint: contumeliis ſuperbiæ tradant? ſimileq̀ priori effœminatũ: ac degene-rem: & ĩſanũ efficiant: mihi rurſus lacera ueſte obſitũq̀ reddant? Mer. ſic io ui placitũ eſt. Pau. abeamus itaq̀ o labor: & ſapientia: uoſq̀ cæteri ſequimi-ni me: hic uir forte cogniturus eſt: qualẽ reliquerit me cooperatricem opti-mã: & magiſtrã uirtutũ: cũ qua illi ſemper fuit mens ſana in corpore ſano: ui

riꝗ duxit uitam: ſeꝗ reſpexit: ac ſuperflua: & multa eiuſmodi aliena: ut
ſunt dixit. Mer. abeunt: nos autem adeamus. Ti. qui eſtis o maledicti: uel
quid querentes huc ueniſtis uiro agricolæ moleſtiam illaturi? Sed abite
potius cum malo execranda cohors: alioquin in uos glebas: & lapides ia
cio. Mer. abſit timon: ne iacias: non enim mortales ferires: ego quidem
mercurius ſum: iſta uero diuitiæ. miſit autē nos iuppiter uotis anteuertens
tuis: itaꝗ bona cum fortuna accipe diuitias: & a laboribus requieſce. Ti.
ploraturi eſtis licet dii: ut aitis: quippe una omnes & deos & homines
odi: hanc uero cœcam: quęcunꝗ ſit: bidente pulſabo. Diui. ad Iouem redi
re conſilium eſt o mercuri. Hic enim homo: ut uidetur: non mediocriter in
ſanit: ne quid igitur mali ultra recipiam habeo: Merc. Nihil inhumanum
agas timon: quin hac tua omni feritate depoſita protende manus bonam
cape fortunam: iterumꝗ diues eſto: athenienſiumꝗ primus: ac deſpice in-
gratos illos ſolus felix. Ti. nihil nobis opus eſt: nolite mihi moleſti eſſe: hic
bidens mihi copioſæ diuitiæ ſunt. Cæterum fortunatiſſimum me fore arbi
tror: ſi mihi nemo ſit proximus. Mer. ſic o amice inhumane: utꝗ uerius di
xerim īpie: crudeliter: ac pertinaciter agis: merito: forſan homines oderis: a
quibus tanta perpeſſus es? cur uero deos odio habeas ignoro: qui tantam
de te curam gerunt. Ti. tibi uero mercuri: iouiꝗ de cura: quam erga me ha
buiſtis gratias ago: has uero diuitias nonquam admiſſurus ſum. Mercu.
quamobrem? Ti. quia olim mihi mille malorum cauſa fuere: quæ & adu
latoribus me tradiderunt expoſuerunt inſidiis: odium ſuſcitarunt: uolupta
tibus corruperunt inuidioſum reddiderunt: tandem repente: īfideꝗ ac (ut
uerius loquar) proditario quodammodo deſeruerunt: optima uero pauper
tas laboribus me uirilibus exercuit. Etenim fide: ac uirtute mecum obſer-
uata laboranti mihi neceſſaria præſtitit: ſuperfluaꝗ illa contemnere. Speſꝗ
omnes uitæ meę ex me ipſo perfecit: & quę erant diuitiæ meæ: quas nec adu
lator: nec calumniator: nec populus concitatus: nec ſententiam proferens
concionator: nec tyrānus inſidioſus auferre poſſunt: oſtendit: bona itaꝗ ua
litudine ex laboribus fretus agrum hunc libenti cum labore colo. Nihilꝗ eo
rum: quæ ſunt in urbe conſidero: copioſamꝗ ac ſufficientem mihi ex biden
te farinulam habeo. Itaꝗ reuerſurus abi o mercuri ad iouem diuitiis tecum
ductis. Mihi autem hoc ſatis: ſuperꝗ fuerit: ſi iuſſu iouis omnem ætatem:
querellis plenam mortales agant. Mer. abſit timon: neꝗ enim modo ta-
les omnes ſunt querellis idonei. Cæterum iracundiam hanc puerilia ꝗ iſta
dimitte: ſumeque diuitias: non ſpernenda ſunt iouis munera. Diui. uis ti
mon tecum diſſeram: an ſi tibi loquar indignaberis? Timon. dic haud lon
ga tamen & ſine prœmiis: ut praui rhetores: patiar quippe te ſi pauca di-
ctura es ob hunc mercurium. Diui. forſan opus fuerit prolixo ſermone: ut
quæ a te ſim tam uehementer accuſata: uide tamen: ſi quid tibi: ut ais:
iniuſte feci quæ oblectamentorum tuorum omnium cauſa fui: honoris:
prælationis: coronarum: cæterarumque delitiarum: propter me clarus: &

famoſus & celebris fuiſti: ꝙ ſi quid haud gratum ab adulatoribus paſſus
es: non ſum in cauſa: quin potius ego a te iniuriam paſſa queror: quod me
maledictis uiris abſque honore ſubmiſiſti: qui te laudibus efferebant: &
mentem tuam præſtigioſis carminibus alienam reddebant; mihiq;: mo-
diſq; omnibus inſidias ponebant. & demum a me proditum aſſerebas,
quum econtra ego te poſſim merito criminari: qui me prorſus expuliſtis
dequetua domo præcipitem eieciſti. Pro molli igitur clamide hanc te cir-
ca endromidem honoratiſſima tua paupertas dedit. Mercurius autem hic
mihi teſtis eſt: quam ſupplex iouem obſecrauerim: ne ad te rurſus accede-
rem: adeo hoſtiliter a te tractata ſum. Mer. ſed nunc uides o diuitiæ
qualis iam effectus eſt: itaq; fidenter ſecum obuerſare: tu bidentem ut po-
tes exerce: tu uero theſaurum ſub bidente ſubducito: nam is te uocante
exaudiet. Ti. perſuaſum iri mihi crede mercuri: iterum fieri diues cupio:
quid enim pateretur qui cum diis uim inferat. Sed uide quæſo in quas res
me trudas infelicem: ut hactenus beate uixi: tantum repente aurum qu-
um nulli iniuriam fecerim: accipiam tantarumq; curarum mole premen-
dus ſim. Mer. mei gratia quæſo patienter feras timon: quamquam durum
hoc ſit: & intollerabile: ut adultores illi ob inuidiam crepent: ego autem per
ætnam in cælum reuolabo. Diui. ille ut uidetur abiit: hoc autem ex remigio
alarum coniicio: tu hic mane: ego uero quum abiero theſaurum tibi mit-
tam quin fode: tibi autem auri theſaure dico huic timoni obſequere: teque
ipſum permitte capi: bidente percute timon altum deferens ego a uobis
abero. Ti. age o bidens nunc mihi tuum robur oſtende: neque defatige-
ris ab intimis terræ uiſceribus theſaurum eruere. O mire iuppiter exultan-
teſq; amici: & mercuri lucifer unde tantum auri: Somnia ne ſunt hæc? Ve-
reor ne quum excitatus fuero: carbones inueniam: ſed aurum quidem eſt in
ſigne: ſubruffum: graue: pulchrum uiſu. O aurum dextra optimaq; res
mortalibus: ardens ignis: utpote qui nocte dieq; fulges, uenio o amantiſſi-
me: nimiumq; dilecte. Nunc equidem credo iouem aurũ factũ eſſe: nã quæ
uirgo aliquando non accepiſſet tam precioſum amatorem per tecta dilaben-
tem? O mida: & crœſe: & uota delphica: quam nihil fuiſtis quantum ad ti-
monem: & timonis opes: cui nec perſarum rex par fuit: o bidens amantiſſi-
maq; endromis: bonum mihi uiſum eſt: ut uos huic pani offeram. Ego uero
empta uniuerſa regione hac: ſuperq; theſaurum ſtructa turri: ſoli mihi ſatis
uiuam ipſum quoq; ſepulchrum moriens hoc in loco uiſum habere eſt mi-
hi. Fixa ſunt hæc: & pro legibus ad uitæ reliquias cum nullo uerſari: ne-
minemq; cognoſcere: aſpernarique omnes. Amor uero: & hoſpitalitas: &
amicitia: & miſericordiæ ara: ceu: nugæ quædam: commiſerari autem
lachrymantes: uel indigentibus auxiliari preuaricatio legis morumq; ſub-
uerſio: uita uero ſolitaria ceu lupis: & amicus unus timon. Alii autem om-
nes inimici: & inſidiatores: conuerſari cupiam abominationis inſtar: & ſi
quid uidero ſiniſtri omnis dies illa ſit: ut breuiter dixerim: a ſtatuis lapideis.

uel eneis: nihil differt: nullum inter nos pacis fœdera procurantem admit/
tamus: æternum nobis nulli: perpetua ſolitudo terminũ inter nos: po/
nat: contribules quoq; atque cognati: patriaq; ipſa frigida quædã: & infru
ctuoſa ſint nomina dementiũ uana iactantia. Timon: ſolus dux eſto: cun/
ctoſq; deſpiciat: inq; ſe tantum deliciis gaudeat: blanditiarum laudumq; põ
deribus liberatus diis immolet: conuiuia celebret: ſolus ibi: & uicinis: & af
finibus excluſis reliquis ſemel ſe ipſum dexterum faciẽdo. Si mortẽ obierit:
ſibimet inſcribat hæres: ad eũ corona pueri ſit: nomẽq; prædulce ſit. O ſors
hominũ & morum inſignis: difficultas aſperitas: ruſticitas: ira: ĩhumanitas.
At ſi quẽ uidero igne flagrãtem: & ut extinguã incẽdiũ ſupplicantem oleo:
piceq; ſuccurram. Si quem uero hieme cũ impetu torrens trahat. iſque proie
ctis manibus auxiliũ popoſcerit: hunc merſo deorſum capite trudam: erre
pta illi ſurſum leuandi uerticis facultate æquitatẽ iudicii reportet Timon
echecratides colitteus: ſi recurſum ad leges habuerit: timon ipſe acclaman
te populo ſniam tulit. Hæc hactenus nobis rata ſint iſtis uiriliter pſeuerẽt.
Sed ſatis: ſuperq; nota oĩbus facta ſunt: quia prædiues ſum: ipſa qppe res il
lis forſan laqueus fiat. Sed quid hoc o uelocitatem undiq; concurrũt pul
uerulenti: & anhelantes: neſcio unde aurum adorati ſunt: uerum igitur hoc
cliuo tranſcenſo inſequar dextra lapides iaculando. An ſic contra leges age
mus qui ſumus eis amicitiæ glutino ſemel iuncti: ut deſpecti maioris triſti
tiæ ſtimulis crucientur. Hoc enim præſtare arbitror: iam itaque illos patien
ter admittam: Eia ergo uideamus: quis hic eorum primus eſt. Gnatonides
adulator: a quo quum pauloante quippiam poſtulaſſem: laqueum porrexit:
qui apud me ſæpenumero tota uaſa uomerat. ſed bene fecit ad me uenire: nã
præ aliis ululabit. Gna. Nonne dicebam: q dii timonem haud negligerent
uirum bonum. Salue formoſiſſime: & gratioſiſſime: ac liberaliſſime timon.
Ti. proh iuppiter: tu ne ille es gnationides uulturum: omnium edaciſſimus
& præ omnibus mortalibus conſumptor. Gna. ſemper fuiſti mordacitatis
amator: ſed ubi conuiuium nouum tibi canticum dithyrambum a me nu/
per editum deferens uenio. Ti. hoc pulſatus bidente cantabis elegos. Gna.
quid eſt: hoc me uerberas timon: te hercules teſtem uoco: e heu accuſabo te
uulneris ariopago. Ti. ſi paulliſper tardus fueris: homicidii forſitan me ac/
cuſaturus. Gna. abſit ſed ſana uulnus modicum ſuperfundens auri: eſt enim
ualde reſtrictiua ſanguinis medicina: Ti. adhuc manes? Gna. abeo: tu autẽ
minime gaudebis: adeo agreſtis ob aurum factus. Ti. quis eſt iſte caluus: q
uenit philiades adulatorum omnium ſpurciſſimus: hic autem agrum totũ
a me cum accepiſſet: ac filiæ dotem duo talenta mercedem laudis: quia me
cantantem tacentibus cunctis ſolus prælaudaſſet: iuramento affirmans me
cygnis conciniorem fore: quem languentem me pridem uidit: qui ad illum
acceſſeram auxilium imploraturus: mihi uir egregius plagas dedit. Phi. o
decus nunc timonem agnoſcitis: nunc gnatonides amicus: & cõuicia meri/
to quidem paſſus eſt: quũ adeo ingratus ſit: ego uero qui olim eius familia/

ris coetaneus: contubernaliſq; fui: mediocriter cum illo agam: ne illi uideat inſultare. Salue mi domine: attendas oro quemadmodum ab his adulatoribus te cuſtodias: qui in menſa ſolum tibi aſiſtunt nõ diſſimiles coruis ad cadauera. Amplius uero non eſt credendum huius temporis mortalibus: omnes enim neq̃ & ingrati ſunt: ego uero talentum attuli tibi ceu illo tibi opus ſit. In itinere uero conſtitutus intellexi te ingentium opum copia redundare. Venio itaq; moniturus: q̃q̃ per te ipſum ſapias: in nullo forſan tibi uerbis meis opus erit: qui etiam neſtorem ipſum moniturus ſis. Ti. ſint iſta philiades: uerũ accede: teq; benigne cum bidente recipiam. Phi. accurrite uiri ingratus hic hõ: mihi ceruicem fregit: quando ipſi ſane cõſulebam. Ti. en tertius hic orator demeas adit: libellum dextra gerens: qui cognatum mihi ſe fore iactitat: hic quum a me quadam die ſex & decem in urbe accepiſſet talenta (condemnatus quippe fuerat: uictuſq; illis non redditis: ego miſericordia motus ipſum abſolui. Nam pridem ęrarium in erectheidem tribum ſorte diuidendum acceperat. Ego uero quum illum adiens poſtulaſſem debitũ reddi: ait ſe haud quaquam noſce me ciuem fore. De. ſalue o timon pcipuus fructus generis: columẽ ciuiũ: tutella patriæ. Iamdudum plebs congregata eſt teq;: tuumq; conſilium expectat. primo tamen audi ſententiam: quã de te ſcripſi. Timon echecratides colytteus uir non modo bonus: atq; optimus: ſed & prudens adeo: ut nullus in græcia per omne tempus perſeuerãtior fuerit: agens bonum patriæ: pugnando: & luctando: & currendo in olympia pfecto curruũ atq; biga uictor euaſit. Ti. at ego nunq̃ olympiam uidi. De. qd ergo? poſtmodum uiſurus es: multa uero huiuſmodi addere praeſtat: uiriliter quoq; ſe pro patria priore ãno geſſit uerſus archaneas: ſtrauitq; duas peloponenſium acies. Ti. quo pacto ob id forſan: q; arma non habui: uel in catalogo ſcriptus non fui. De. mediocriter de te ſentis: nos uero ĩgrati eſſemus, ſi non memoria teneremus. Item & ſententias proferendo: & conſilium dãdo: ac militando patriæ non modicum profuiſti. Pro his utiq; omnibus cõſilio uiſum eſt: populoq;: ac iudicum ordini: patribus priuatimq; plebi: & cõmuniter omnibus: aureũ iuxta paladem in arce timonem fabricare: fulmen habentem dextra: & radios circa caput ſeptemq; illum ex auro ornare coronis: ac hodie coronas ipſas in dionyſiis per nouos tragedos declarari. Hodierna quippe ob illum bacchi ſolemnia celebrari opus eſt. Cognatus demeas orator ſententiã dixit: eius proximus: atq; diſcipulus: orator quippe optimus. Timon & omnia quæcunq; uoluerit iſta quippe de te ſententia eſt: filium quoq; meum ad te mecum ducere uolui: quẽ tuo nomine timonẽ appellaui. Ti. quomodo de mea quum ſicut accepi nõdum uxorem duxeris. De. aſt ſi conceſſerit deus anno ſecuturo nuptias celebrabo: procreaboq; filios: ac eum qui naſceretur: maſculus quippe erit: timona nominabo. Ti. utrũ nuptias celebraturus ſis neſcio: ſed interim hanc a me plagã aſſumito. De. heu me quid hoc eſt? tyrannus eſt timon: liberos cædis: qui non ex omni parte liber: aut ciuis es: ſed breui pœnas dabis: & propter alia & ob illud: q; arcẽ

cõbuſiſti. Ti. ſed o ſcelus ars neq̃q̃ igne ſucceſſa eſt: quo fit te maniſeſtam per
petraſſe calumniã. De. at diues effectus es perfoſſo ſacrario. Ti. etiam illiba
tum manet: ex quo ſequitur uera non eſſe: quæ dicis. De. perfodietur quidẽ
poſtea iam enim omnia in ipſo habes. Ti. aliam igitur ſume. De. hei teneſ
Ti. Ne clames tertiam equidẽ tibi dabo: quoniam prorſus ridicula paterer
ego qui geminas lacedæmoniorũ acies inermis fudi: unũ hominẽ nõ conte
ram? fruſtra? quippe in olympia: & pugnando: & luctando uictor euaſerim.
Sed quid iſtuc? nunquid nõ thraſycles philoſophus hic eſt: immo nõ alius
ꝑmiſſa barba: & ſuperciliis ꝓtenſis: in ſeipſo meditabundus uenit: toruum
intuens: hirſutam a fronte comã repellens boreæ haud abſimilis: uel trito-
ni: quales zeuſis pinxit hic honeſtus & habitu compoſitus gradu ueſte ſo-
brius: ſub ipſum diluculum de uirtute: quæ dici poſſunt: explicat: uoluptati
bus gaudentes accuſat: & frugalitatem prædicat: quũ lotus ad cœnam ue-
niat: puer quoq; illi fœcundũ calicem porrigat: puro diluit mero: ceu lethes
aquam abſorbens: multum ſibi inuicem aduerſa ſermonibus illis matutinis
oſtentans. Dapes haud aliter q̃ edax uultur præripiens & proximum admo
nens: quum habeat unguentis: & aromatibus barbam plenam: ſe more ca-
nino replens: & incuruus ſperans in ſartaginibus inuenire uirtutem: pati-
nis: atq; catinis pollice diligenter exterſis: ita ut ne parũ quidem intrite re-
linquat: ſemper querelus: licet placentas integras: totumq; ſuum præ aliis
ſolus acceperit. Quidquid lecacitatis: & inſacietatis fuerit illi & ingens: uti
litas: ebrioſus: & temulentus: non ad cantum uſque: ſaltumque modo: ſed
etiam ad maledicta: & iram: ad hæc & ſermo copioſus ad calicem. Tunc
enim præcipue de ſobrietate: honeſtateque: & a cæteris huiuſmodi uer-
ba dicit: iam tunc ebrietate uictus ridiculoſe balbutit: præterea puten-
tes ſequuntur uomitus. Demum quidam illum elleuantes de ſympoſio tibi
cinæ ambabus manibus apprẹhenſum exportant. Cæterum quum ſobrius
eſt: nulli primorum cedendum putat ob mendacium: uel temeritatem: aut
auaritiam: & tamen adulatorum eſt primus: & ad periurium prõptiſſimus:
ac ueneficii princeps: in illo pudor ſumus: & tota prudentia: & in omnibus
exacta diligentia: & conſumata perfectio: plorabit tamen ad longum ſpa-
tium temporis non exiſtens bonus: Quid hoc ẽ? pape nobis tardus eſt thra-
ſicles: Thra. non ut multi uenio ad te timon ob diuitias tuas: quodammo-
do in ſtuporem uerſi: argenti quippe uel auri ſumptuoſæ uel cœnæ illecti cõ-
currunt: blanditias multas præ ſe ferentes: ad te uirum utpote ſimplicem fa
cultateſq; tuas communicantem. Noſti enim: ut aridus panis copioſa mi-
hi ſit cœna: delicatæque epulæ porrum: aut cardamum: aut ſi quando excu
lentius parũ: ſalis, potus uero fons nouẽ fiſtularum. Hæc uero rudis tunica:
quamuis purpura carior. Atqui aurum non præcioſius mihi uidetur quam
littoris lapilli: tui uero gratia ueni timon: ne te corrumpat peſſima hæc: in-
ſidioſaque poſſeſſio diuitiæ, quæ multis intolerabilium damnorum ſæpenu
mero cauſa fuit: ꝙ ſi mihi dederis fidem: totas in mare deiicis: ceu mini-

me neceſſarias uiro bono: qui poteſt uarias philoſophiæ diuitias contempſa ri non tamẽ optime timon illas in profundum demerges: ſed uſq; ad pubẽ ingreſſus parum ante terram fluctuoſam me ſolo uidente. Sin autẽ hoc non placet: tuq; alium potiorem modum inueniſti: celeriter de domo illas eiicias nec uno tibi eſſe relicto diſtribuens cũctis indigentibus: huic quidem drach mas quinq;: illi autẽ minam: alii uero medium talentũ. Siquis aũt philoſo/ phus fuerit: dignus eſt ut duplã accipiat partem: mihi uero non mei gratia peto: ſed: ꝙ amicorum neceſſitatibus tradam: ſatis eſt ſi peram hanc opplẽs tribuas duoꝝ caprinorũ uberũ uix capacẽ: frugi enim & mediocritatis ami cum decet eſſe philoſophũ: & nihil ultra peram ſapere. Ti. laudo iſta thraſy cles: ſed ante peram (ſi uidetur) eciã tuum caput pugnis implebo illos biden/ tẽ cõnumerans: Thra. o magiſtratus: o leges: oh a blaſſemo in libera urbe ce dimur. Ti. quid indignaris uirorũ optime. Thra. repecutiam te timõ. Ti. Edepol ultra numerum quattuor addam: ſed quid hoc eſt: multi cõueniunt: bleпſias ille: ac laches: & eniphon: peniteuſq;: ordo eorũ: qui ploraturi ſunt. itaq; iugum hoc aſcendam: & iam laſſum bidentem aliquantiſper pauſare ſinam. Ego autem quãdo quidem multos congeſſi lapides in modũ gran/ dinis procul iaciam. Blep. ne iacias timon abimus enim. Ti. ſed nec incru enti: nec in uulneribus ſine.

¶ Luciani ſermo de calumnia.

GRauis: ac moleſta res ẽ ignorãtia: & multoꝝ maloꝝ hominibus cau ſa: tanquam caliginem quandam infundens rebus: & ueritatem obſcurans: & unicuiuſq; uitam obumbrans. In tenebris igitur er/ rãtibus omnes ſimiles ſumus: immo potius cæcis ſimilia patimur: nunc oberramus quidem temere. nunc uero ulterius quam oporteat labi/ mur: & quod prope eſt: & ante pedes non cernimus. Quid autem longe: & ualde diſtans tanq̃ moleſtiam allaturum timemus: & omnino in rebus agẽ dis omnibus labi nõ deſiſtimus. Itaq; infinitas iam tragedis occaſiones ad fabulas hæc ipſa res prębuit: abdacidas & pelopidas: & his ſimilia. ferme enim plurima ex his: quæ in ſcænam ueniũt malis: inueniret aliquis ex igno rantia tanq̃ quodam tragico numine ſuppeditata. Hoc autem dico etiã ad alia quidem reſpiciens: ſed maxime ad non ueras contra familiares & ami/ cos calũnias: a q̃bus iã & domus deletæ fuerũt: & ciuitates funditus ꝑditæ ſũt: & parẽtes cõtra filios ſuos iſanierũt: & fratres cõtra cõſanguineos. & fi lii cõtra parẽtes: & amatores cõtra amatos multæ ãt amicitiæ cõciſæ ſũt: & domus cõfuſæ ex eo ꝙ calũniæ fides habita fuerit. Vt igit̃ q̃ minime icida mus in ipſas: demõſtrare uolo oratiõe tanq̃ in quadã pictura: q̃lis res ſit calũ nia: & unde ꝓcedat: & qualia efficiat. Magis autẽ apelles epheſius pridẽ hãc ꝓpoſuit imaginem: & enim hic quoq; calũniatus apud ptolemæũ regem tã q̃ particeps fuiſſet coniurationis: quæ cũ theodata in tyro cõflata eſt: Apel/ les uero neque unquam uiderat tyrum: neque quis eſſet theodata norat: niſi ꝙ audierat ptolemæum quendam principem eſſe curantem res phœ/

niciæ. Verũtamẽ emulorũ quidam nomine antiphilus ex inuidia honoris: quẽ ille apud regẽ obtineret:& zelotipia in arte: accuſauit eũ apud ptolæ/meũ:ꝙ ipſe omniũ rerũ ſocietatem iniiſſet: quodq; ipſum uidiſſet quidam in phœnitia conuiuantẽ cũ theodota & per totã cœnã ad aurẽ eũ alloquentem:& demũ oſtendit tyrii defectionẽ:& peluſii captiuitatem ex apellis conſilio factam. Ptolemæus autẽ:ut qui neq; in aliis rebus ualde mente captus eſſet:ſed in adulatione regali nutritus:ſic accenſus eſt:& perturbatus ex hac incredibili calũnia: ut neq; uerſimilem ullã ducens rationẽ neq; ꝙ æmulus artis erat callũniator:neq; ꝙ pictor minor erat ut tantã ꝓditionẽ poſſet fa/cere: & hæc beneficiis ab ipſo:& ſupra quemcũq; eiuſdẽ artis honorata:ſed neq; ꝙ omnino apelles in tyrũ nauigauerit perſcrutatus ira ſtatim correptꝰ eſt:& clamore repleuit regiam: ingratũ uociferans:& ĩſidiatorem:& coniuratorem apellem & niſi ex captiuis quidã ægre ferens antiphili ĩpudentiã: & miſerũ apellẽ miſeratus: dixiſſet:nullius rei ipſis coniuratoribus partici/pem fuiſſe:hominem illũ obtruncatus capite eſſet:& particeps fuiſſet malo/rũ: quæ fuerũt in tyro:quũ ipſe nihil cauſa fuiſſet. Ptolemæus igitur adeo dicitur pœnitentia captus ſuper his quæ facta fuerant: ut apellem quidẽ centũ talentis donauerit:antiphilũ autẽ ut ſeruiret ipſi tradiderit: Apelles autẽ memor periculorũ: quæ adiſſet:tali quadã tabella calũniam ultus eſt.

In dextra quidem uir ſedet per magnas habens aures:ferme auriculis midę ſimiles manũ ꝓtendens longe ad callũniam adhuc accedentem. Circa ip/ſum uero ſtant duæ mulieres:ignorantia mihi eſſe uidetur:& ſuſpitio:ex alia parte accedit callũnia:muliercula ſupramodũ pulchra:ardens autem & concitata: ſicut per rabiem & iram oſtendens:ſiniſtra ꝗdem facẽ acceſam tenẽs altera uero adoleſcentem quẽdam per capillos trahens: manus tendentem in cælũ:& teſtantẽ deos. Præcedit autem uir pallidus: & deformis acute intuens:& ſimilis his:qui ex longo morbo ſunt exicati? Hunc igiť eſſe inuidiã aliquis coniectaret. At qui & quædã aliæ duæ ſequunť:dirigentes: & adornantes callũniã: Poſtꝙ autẽ ut mihi interpres imaginis ſignificauit:altera quidem ĩſidia erat:altera autẽ fraus. poſt tergũ uero ſequebatur ualde lugubriter quædã adornata:pullis ueſtibus induta: laceraq;:penitentia: & hæc dicebatur:retro igitur flectebatur lugens:& cũ uerecundia ualde ueritatem aduenientem aſpiciebat. Hoc modo apelles ſuũ periculũ in tabula eſt imitatus. Eia autẽ & nos:ſi uidetur:ſecundũ Epheſii pictoris artẽ percurramus: quæ adſunt callũniæ. Prius autẽ diffinitione quadã deſcribentes:ipſam(ſic enim nobis imago fiet)Eſt igitur callũnia accuſatio quædã ex ſollitudine facta: latens accuſatũ:ex una tantũ parte ſine contradictione credita:tale quidem argumentum eſt orationis. Quũ autẽ ſint perſone ſicut in comœdiis callũniatoris & callumniati:& apud quẽ callũnia fit: ſecũ unã quãq; ipſarũ conſideremus:qualia uiriſimile eſt ea eſſe:quę fiunt. Primũ ſi uideť traducamus fabilæ actorem. Dico autem factorẽ callũniæ. Hic autẽ:ꝙ quidem non ſit homo bonus:omnibus notũ puto. Nemo enim quũ bonus exiſtat:malo/

rum cauſa fieret proximo ſuo:ſed eſt bonorum uirorum ex his quæ bene faciunt ipſis amicis;non aut ex iis: quibus alios iniuria afficientes arcuſantur:& odio haberi parant:probari opinionem beniuolentiæ uendicantes. Poſtea autẽ ꝙ iniuſtus:& iniquus eſt;& impius:& utentibus damnoſus: facile eſt perdiſcere. Quis enim non fateretur æquitatem in omni re:& nihil plus iuſticię opera eſſe.iniquum autem & improbũ iniuſticię eſſe: qui autẽ callumnia aduerſus habẽtes furtim utitur:quomodo non impium totum auditorem ſibi uendicans & præoccupans:eius aures & obturans: & ſecundo orationi omnino inacceſſibiles parans: ipſas callumnia prius impletas: extremæ iniuſtitiæ tale:ut dicerent optimi legum latores ſolon & draco: iuſiurandũ iudicibus facientes:ut ambos ſimiliter audiant:& parem beniuolẽtiam reis tribuant:donec alterius oratio comparata peior altera:aut melior apparuerit:antequam autem perſcrutati fuerint defenſionẽ contra accuſationem:īpium omnino & impurum arbitrati ſunt fore iudicium. Et enim etiam deos diceremus moleſte ferre: ſi accuſatori cum licentia:quę uellet dicere permitteremus:obturantes autem aures accuſato:aut ore ſilentes contra eum ſuffragia ferremus priori capti oratione: ut ſecundum iuſtitiam & ſecundum iuſiurandũ iudicis quiſpiam deceret calumnias fieri. Si cui autem legum latores fide digni non uidentur laudantes ſic iuſta & ſine altera parte fieri iudicia; poetam mihi uideor optimũ inducere oratione: qui de his optime locutus eſt.imo autem legem poſuit. Dicit autẽ neq; litẽ iudicaueris: priuſq̃ amborũ audieris orationem:nouerat enim puto & hic q;:quũ multæ ſint iniuriæ iniuſtæ:nullam quiſpiã īueniret peiorem: neq; iniuſtiorẽ: quam īdicta cauſa quẽpiam cõdemnari. Quod qui calumniatum facere omnino aggreditur abſq; iuditio:ſubiiciens reum ire audientis: & latebris accuſationis defenſionẽ detrahens. Et enim ſine audatia ſunt: & timidi omnes huiuſmodi homines:qui in lucem nihil educãt: ſed quoniam admodũ īſidiantes ex obſcuro alicunde ſagittas mittentes:ut neq; contra īſtrui quiſquam poſſit:neq; repugnare:ſed in difficultate:& ignoratione belli corrumpatur. Quod maximũ eſt ſignũ calũniantes nihil uerũ dicere: quin ſi quis ſibi ipſi cõſcius eſſet:ꝙ uere accuſaret:hic (puto) manifeſte argueret: & reũ faceret:& oratione ita perſcrutaretur. Quemadmodum nemo: qui manifeſte poſſet uincere: īſidiis nunquã & fraude uteretur contra hoſtes. Maxime autẽ aliq̃s poſſet hos uidere in regũ aulis:& iis:qui circa amicitias eorũ:qui īperant:& potentes ſunt ꝓbantur:ubi multa inuidia: īfinitæ ſuſpitiones;ꝑmulte adulationum: & calumniarũ materiæ. Vbi enim maiores ſunt ſpes: hic & īuidiæ difficiliores:& odia ſuſpectiora:æmulationes: ad malas artes īueniendas acutiores:& ingenioſiores:omnes igitur acute ſeſe inuicem ſpectant:& quemadmodum ſinguli certamine pugnantes obſeruant: ſi quam corporis partem nudatam uiderint:& unuſquiſq; uolens ipſe primus eſſe depellit:& cõtra ꝑximũ luctat: & quẽ ante ſe habet:diuellit:ſi poſſit ſupplãtat: ubi & bõus manifeſte ſtatim ſubuertitur & laceratꝰ. & poſtremo ignominio

ſe extruditur. Aſſentator autem & ad huiuſmodi prauos mores uerilimilior probatur: & omnino preueniens uincit: quoniã ea homeri ſunt uera: q̃ communis hoſtis mars & interficientem ĩterficit. Igitur tanq̃ non de paruis rebus ſit certamen uarias inter ſe uias excogitant: quarum celerrima & tutiſſima eſt calumniationis. quæ principium quidẽ capit ab ĩuidia ſpei dimidiatæ: ſed miſerabiliores & tragicos inducit fines: & multarũ calamitatũ plena eſt: neq̃ tamẽ paruũ eſt hoc: neq̃ ſimplex: ut aliquis ſuſpicaretur. Sed multæ artis ſagacitatiſq̃ non paruæ: & q̃ cercioris cuiuſdam ĩdigeat diligentiæ. Non enim tot damnis afficeret calũnia: niſi uerſimili quodam modo fieret: neq̃ contra ueritatem quæ oĩbus rebus ualidior eſt: ualeret: niſi multa quæ inducerentur: & probabilia eſſent: Et ĩfinita alia contra audientes pararentur. ut plurimũ igitur maxime calumniis circunuenitur is qui honoratur & propter hoc his qui poſt ipſum relinquuntur: eſt inuidiæ. Omnes enim in hunc ſagittas iaciunt: eum tanquã rem quandam: quæ prohibebat: & impedimento ſit proſpicientes. Et unuſquiſq̃ putat ſeipſum primũ fore: ſi illum: qui ſummus eſt: per obſidionem expugnauerit: & ab amiticia abſtraxerit: quale quidam: & in gymnicis cartaminibus inter curſores ſit. Illic enim bonus curſor: ut primum repagulũ cecidit: primum locũ cupiens: & mentẽ dirigens ad finem: & ĩ pedibus ſpem uictoriæ habens: contra proximũ nulla utitur calliditate: nec quicquã quod ſit ſecundũ aduerſarios: curioſe agit. At malus ille: & imbellis aduerſarius: ſpe celeritatis amiſſa: ad prauitatem artis conuertitur: & hoc ſolum ex omnibus conſiderat: quomodo currentem inhibens: aut impediens frenet: & ſupprimat: tanquam ſi ab hoc aberrauerint: nunquam poſſit uincere: Similiter autem: & in amicitiis horum: qui beati ſunt: contingit. Qui enim excellit: hic ſtatim inſidiis petitur: & ſine cuſtodibus in medio maliuolorũ deprenſus diſcerpitur. Ii autem amantur: & amici uidentur ex his: quibus alios damnis uiſi fuerint effeciſſe: & id: quod dignum ſit: cur calumniæ credatur: excogitant: non ut contigerit: ſed tanquam in hoc eis tota res conſiſtat: ueriti neu quid abſonum attingant: & alienum. Vertentes igitur in peius: ut plurimum ea: quæ adſunt ei: quem calumniãtur: non improbabiles faciunt accuſationes ſicut medicum calumniantur tanquam ueneficum: diuitem autem tanquam tyrannum: tyrannicum uero & familiarem regis tanquam proditorem. Interdum tamen auditor ipſe ſubiicit calumniæ differentias: & ad illius mores malis præditi moribus ipſi ſe accõmodantes coniectant. Si enim ipſum zelotypũ uiderint eſſe: innuit (aiunt) uxori tuæ in cœna: & ad ipſum aſpiciens ingemuit: & ſuſpirauit: & ſtratonica ad eũ non ualde: iocunde: & omnino amatorie: & quædã: & adulterinæ ad ipſum calũniæ. Si autẽ arti poeticæ ſit deditus: & in hoc ualde ſe efferat per iouẽ ſubſanauit phyloſenus tuos uerſus: & carpſit: & ſine menſura dixit ipſos: & male cõpoſitos ad piũ autem & deorũ amantẽ amicus accuſat tanquã qui deũ repellat, negetque prouidentiã. Qui autem audiuit tanquã ſtimulis

aure percuſſus incenſus eſt:tanq̃ ueriſimile ſit:& amicum auerſatur non ex/
pectata certiore probatione. Omniuo enim talia excogitant & dicunt: quæ
maxime nouerunt poſſe ad iram prouocare audientem : & ſciens ubi unus
quiſq; ſit primus:ad illum ſagittas mittunt:& in ipſum iaculantur:ut ſtatim
ira perturbatus : ocium amplius non habeat ad ueritatem exquirendam.
Fuit olim & apud ptolemæum : qui dionyſius cognomento eſt appellatus:
qui demetrium platonicum callumniaretur:ꝙ & aquam biberet:& ſolus ex
omnibus fœmineos habitus non indueretur in bacchanalibus:& ſi dilucu/
lo:neq; biberet ſpectantibus omnibus : neq; ueſte indutus ſubtiliſſima pul/
ſaſſet cymbala:& ſaltaſſet:periiſſet:utiq;:ꝙ regis uita non delectaretur : ſed
eſſet ſophiſta grauis:& prolomæi delitiarum æmulus. Apud uero alexādrū
maxima omnium callumnia fuiſſet habita:ſi quis hepheſtionem neq; cole/
re:neq; adorare conſtituiſſet. nam poſtq̃ hepheſtion ex amore īteriit:uel hoc
addere magnificentiæ uoluit alexander:ut deum faceret hepheſtionē mor/
tuum. Templa igitur ſtatim conſtruxerunt urbes:conſecrabantur luci:aræ:
ſacrificia:ac nouo huic deo dies feſti procurrabantur:maximumq; iuſiuran/
dū erat oībus hepheſtion. Si quis uero uel ſurriſiſſet ad ea:quæ fierent : uel
non ſane q̃ pius & religioſus uiſus fuiſſet:morte moriebatur. Cum ergo aſ/
ſentatores hanc puerilem alexandri cupiditatem cognoſcerent:accedebant
illico:& inſufflabant de hepheſtione narrantes inſomnia:eiq; & uiſiones q̄ſ
dam:& curationes attribuebant:& prædicabant oracula: & poſtremo præ/
ſenti:morborumq; expulſori deo ſacrificabant. Delectabatur autem alexan/
der audiens:& demum credebat:ac multum gloriabatur:ꝙ non ſolum eſſet
dei filius:ſed ꝙ facere etiam deos ualeret. Quot igitur exiſtimamus ex ami/
cis alexandri cœpiſſe fructum ex diuinitate hepheſtionis temporibus illis?
inſimulatos quod communē omnium deum non colerent: ob eamque cau/
ſam expulſos:ac regiis beniuolentiam perdidiſſe. Tūc & agathocles ſamius
præfectus militum apud alexandrum:& qui honore afficiebatur ab eo plu/
rimum:una cum leone ferme concluſus eſt: accuſatus quoniam ad ſepul/
chrum hepheſtionis profectus illachrymauit. Verum illi attuliſſe opem
perdicas dicitur iuratus deos omnis & hepheſtionem : uenanti ſibi ma/
nifeſte apparuiſſe deum. ac innuiſſe ut diceret alexandro : ꝙ agatho/
cli ignoſceret : quandoquidem neque ut incredulus. neque ut in mor/
tuo illachrymaſſet : ſed ꝙ antiquæ conſuetudinis meminiſſet. Aſſen/
tatio igitur & calumnia locum tunc habuit : maxime ad alexandri com
poſita paſſionem. Quemadmodum in urbis expugnatione non ad
excelſa loca : & munita muris. eoque unde ruant præcipites ſe hoſtes
conferunt ; uerum ubi quid in cuſtoditum : debile ue : aut depreſſum
ſenſerint. Illuc enim totis uiribus una omnes conuolant tanquam fa/
cillime inuadere : & capere queant : ſic etiam callumniatores eo impe/
tum faciunt : admouentq; machinas. ac expugnant tandem. obſtante ne
mine:& prohibente ingreſſum :quod animo infirmum: ac imbecillum : &

acceſſu facile intellexerint. Deinde ubi intra muros ſemel ingreſſi fuerint: ia ctant ignes: & incendunt: omnia: iugulantq;: & exterminát: qualia ſi captus animus & in mácipium redactus fuerit: pars eſt & decens ut ſint opera. Callumniatorum uero contra abſentem hæ machinę: doli: mendacium: periurium: preces: impudentia: & cætera id genus īfinita ſcelera: & callida opera: Sed omnium maxima: quæ eſt conſanguinea: immo quædam potius calluniæ ſoror: aſſentatio. Non eſt quiſq̃ adeo generoſus: ac adamantino muro: accinctus: animum: qui callumnioſis aſſentationibus non arrigat aures: & præcipue ſi fundamenta effodit: ſurripitq; callumnia. Quæ foris fiunt ſunt huiuſmodi. At intus proditiones plurimę adiuuant: quæ manus extendũt: & porrigunt: portas recludũt: atq; multifariam: ut capiatur auditor ſe accomodát: primum quidem cupiditas rerum nouarum qua hominibus omnibus a natura innata eſt. Similiter & ſatietas: ac illud deinde: q; ea: quę præter opinionem audita ſunt cõſequitur. Nam quo nã modo lætemur omnes: quotiens occulte dicta: & plena ſuſpitiõis audimus: ignoro equidem. Itaq; noui nonnullos: quibus ita ſuauiter excalumniis pruriunt aures: ac ſi pennis leuiter attingantur. Poſtquã igit̃ ab his omnibus expugnati ceciderint omnino puto: capiunt: ac deſtruunt: neq; difficilis ſit uictoria nemine cõtra inſtructo: & repellente impetum: uerum auditor quidem ſeipſum cum ſponte præbeat: ignoretq; accuſatus īſidias. Sicut enim nocte: urbe capta: dormientes accuſati pereunt. Et quod eſt omniũ miſeratione digniſſimum: ille quidem: qui accuſatus eſt accedit ad amicum hylaris: ut qui nihil ſibi mali factũ ītelligit: & quæ cõſueuerat: & dicit: & facit circumuentus miſer: omnibus modis. Is uero: cui accuſatus eſt: ſi quid generoſi habeat: & liberi: & audaciæ ſtatim prorumpit in iram: atq; effundit bilem: & tandem ubi amici excuſationem pcepit: nequicq̃ iratũ ſe amico fuiſſe cognouit. Quod ſi ignobiliore: & abiecto ſit animo: accedit quidem: & ſũmis aridet labris: ſed odit & clam deſecat dentes & exacuit: & (ut inquit poeta) præmit iram corde ꝓfundam: quo equidem nihil eſſe puto iniuſte. neq; ſeruile magis: ut labrum quis mordens clam bilem nutriat: atq; odium in ſeipſo incluſum exaugeat: aliud q̃dem ſentiat: aliud dicat. & hylari: ac iocunda facie agat tragœdiam aliquam: & doloris: & luctus plenam. Hoc autem patiuntur maxime: quando inter culumniantem: & eum: qui accuſatus eſt antiqua eſſe uidetur familiaritas: faciat ſimiliter. tunc enim ne uocem quidem accuſatorum: excuſantium ue audire uolunt. Adhibendam eſſe fidem accuſationi iccirco exiſtimant quoniam accuſatori cum accuſato uetus intercedat familiaritas. Et non conſiderant plurimas odii cauſas: latentes cæteros ſepe inter amiciſſimos incidiſſe: ac interdum quibus ipſemet obnoxius eſt aliquis: hac ipſa re præueniens: & confiſus accuſauit propinquum: effugere hoc modo conatus calumniam. Et omnino inimicum quidem callumniari nemo audet. Incredibilis enim eſſet ibi accuſatio: habens manifeſtam cauſam. eos autem maxime inuadunt: qui amiciſſimi eſſe uideantur. Innatã ſibi eſſe erga audien

tes beniuolentiam:ſic uideri uolunt. quoniam ad illorum utilitatem:ne ab amiciſſimis q̄dem abſtineant:ſunt autē qui & ſi ſciunt poſtea ſibi fuiſſe amicos iniuria accuſatos:pudore tamen eorū:quæ crediderant:neq̨ admittere amplius:neq̨ aſpicere eos audent tanquā affecti iniuria:quoniā nihil feciſſe illos cognouerūt iniuriæ. Itaq̨ multorū malorū refecta uita eſt ex calūniis: quæ facile: & ſine inquiſitione creduntur. Antea enim inquit. Intereas Proete:aut interfice Bellerophontē. Qui uoluit me cū coiiſſe:nec ipſa uolebā. cum tamen ipſa prior agreſſa fuiſſet:& deſpecta: & ferme periit adoleſcens in congreſſu contra chimęrā:cum continentiā ſeruaret: & reuerentiā erga hoſpitem paſſus eſt a muliere mala inſidias Phoedra uero: & ipſa ſimiliter calūniata priuignū fecit: ut execrabilis fieret a patre Hippolytus: cū nihil ô dei feciſſet ille Ipii:ſed eſt certe dicit quiſpiā īterdū callūnianti credendū:q & iuſtus & prudens eſſe uideatur in rebus cæteris:& fidem ei adhibere oportet:q̨ tale quid machinatus alias minime fuerit. An eſt igitur ariſtide aliquis iuſtior? Sed & ille quidē conſpirauit contra themiſtoclem: & cōcitauit populū. Laborabat enim ille(ut aiunt)ciuili ambitione iuſtus q̄dem quoad alios ariſtides:ſed homo & ipſe fuit:iraſcebatur:amabat:oderat. Et ſi uerū eſt quod fertur de palamede:qui gręcorū prudētiſſimus fuit:atq̨ aliis in rebus optimus īſidias ex inuidia compoſuiſſe dicitur contra conſanguineū: & familiarem uirū:& qui ad idem periculū cōnauigauerat ſic huiuſmodi in rebus naturale omnibus eſt hominibus uitiū. Quid dixerit q̄ſpiam: uel de ſocrate:qui iniuſte apud athenienſes accuſatus fuit: ut impius & īſidiator? uel de themiſtocle:aut miltiade:qui poſt tales tantaſq̨ uictorias ſuſpecti facti ſunt græciæ proditionis? Infinita adduci poſſent exempla: & plurima fere iā cognita. Quid igiť ei faciēdū eſt:q mētē habeat: q ue de uirtute: aut de ueritate deſcepret: Quod & homerus (exiſtimo)ubi de ſirenibus cōfingit fabulā interpretatus eſt:quādo præter nauigare iubet: pernitioſas has auditus uoluptates: aureſq̨ occludere neceas fluxe reſerare paſſiōe affectis. Sed ad ea:quæ dicuntur:diligentē hoſtiariam conſtituere rationem. & quę digna ſunt:admittere:& cōparare:quæ uero praua:& turpia excludere:atq̨ repellere. Eſſet enim ſane ridiculū ſi domus ianitorem quis conſtituat: aures uero & mentē patere permittat. Quando igitur acceſſerit aliquis: q narret huiuſmodi:oportet eū qui audit ita ſit necne:ſecū diligenter inquirere: & conſiderare etiam:atq̨ etiam: ac mente euoluere: neq̨ dicentis ætatem: neq̨ ante actam uitā: neq̨ illius in dicendo ſolertia uidere: atq̨ proſpicere. Quanto enim aliquis aptior ad perſuadendū: tanto diligentiore opus eſt examine. Non eſt ergo fides adhibenda alieno iuditio:uel odio potius accuſanti:ſed ipſe ſecū adiutor ſtudioſe ueritatē inquirat: faciatq̨: ut rumpatur calūniator inuidia. Et cū utriuſq̨ animi manifeſtauerit argumētū:& amet: & oderit. ſi priuſquam id fecerit: mouentur prima callumnia. O hercules quam puerile:& abiectum atq̨ iniquum eſt( ut ab initio diximus)ignorantia:& in tenebris prouoluti mores. Quod ſi deus uelamen auferret ex oculis

hominum: abiret ſtatim callumnia in baratrum: quę nullum habens locum profugeret: illuſtratis rebus a ueritate.

## Luciani laus Muſcæ.

MVſca eſt ſic minima uolucrum: ut poſſit cum muſcellis & culicibꝰ comparari: ſed tanto illis eſt maior: quantum ipſa ab ape relinquitur. Pennata eſt autem: non eo modo: quo cæteræ uolucres: quarum hæ quidem pennas in toto habent corpore: hæ uero uelocibus utuntur: & pernicibus alis. Sed ex pelliculis ſunt illi pennæ: quemadmodum locuſtis: & cicadis: & apibus: ſed tanto molliores habet pennas: quanto græca ueſte tenuior & mollior eſt indica. Siquis muſcam diligenter inſpitiat: quando in ſole alas expandit: & concutit: uariis eam pictá coloribus: ut pauones uidebit. Eſt illi uolatus non continuo pennarum remigio: ut ueſpertilionibus. neq; ſaltu: ut locuſtis: neq; cum ſtridore: ut ueſpis: & crabronibus: uerũ: flexibilis ad quácunq; aeris partem ſe moueat. Adde q nó uolat quiete & cum ſilentio: ſed cũ cantu: & melodia. non itẽ immite: & ſæue quemadmodũ culices: & muſcellę: neq; cũ graui fremitu apũ: aut ueſparũ horribilem oſtentans ſonũ: & minacem: ſed tanto uolat his ſuauius muſca: quanto ſunt tuba & cymbalis tibiæ dulciores. In reliquo uero corpore caput quidem tenuiſſimũ collo continetur: & eſt uerſatile: non compactum: & affixũ humeris: ut ẽ locuſtarũ. Oculi uero pminẽt: q cornu plurimũ habẽt pectꝰ eſt bene cõpactũ: ſunt ei ĩnati pedes: nõ ut ueſpis aſtricti ualde: & cõplexi. aluꝰ aũt minuta eſt: & ipſa: & thoraci ſimilis: zõas latas: & ſquamas habẽs: ulciſcit tñ nõ aculeo: ut apis: & ueſpa: ſed ore: & pboſcide: q & ipſa eodẽ mõ hẽt uel elephãti: ppaſciturq;: & aſſumit: & ĩhærẽs cõtinet cõcauo uaſe ĩ ſumitate pboſcidis: ex ipſa uero dẽs foras pminet: quo pũgẽs bibit: & lac ſed dulcis & ſuauis ẽ ipſi uel ſanguis nõ magno cũ dolore hauſtꝰ eorũ quos pupugit. Sexipes uero eſt: quattuor ſolis incedit: duobus aũt anterioribus etiam ut manibus utitur. Videres igitur ipſam gradientem quattuor: atq; edulium aliquod tenentem ſublime: manibus more: ualdeq; humano: atq; ut nos. Naſcitur autem non ſtatim talis: ſed uermis ab initio uel ex hominibus mortuis: uel ex aliis animalibus deinde ſenſim & pedes effert: & producit alas: Fitq; ex reptili uolucris: & concipit paruum uermẽ: qui muſca fit poſtea conuiua autem: & contubernalis: & commenſalis hominum degustat omnia: præter oleum: mortem enim ei affert epotum oleũ: & tamen breuis eſt uita: ualde enim anguſta data eſt illi uita. luce plurimũ gaudet: & in hac ciuiliter uerſatur: nocte uero quieſcit: & ſilentium agit: & neque uolat: neque cantat: ſed contrahit ſe: & non mouetur. Non paruam eſſe eius intelligẽtiam queo dicere: cum inſidiatorem & hoſtem ſuum araneum effugiat: inſidiantem enim & obſeruat & contra in tuetur declinás illius impetum: ne capitur irretita: & in beſtiolæ incidens caſſes: fortitudinem enim & robur ipſius non oportet dicere: ſed homerus poetarum maximus cum quereret: quo nam modo laudaret heroum optimum: non

leoni: pardo uel aut apro comparet robur illius: ſed audaciæ muſcæ: & intrepididati: & conatus magnitudini: neq enī audaciam: ſed fiduciam eſſe illi refert: quanq̄ eſt (inquit) repulſa: non deſiſtit tamen, ſed eſt appetens morſus: ſic autem laudat magnopere muſcam: & amplectitur ut non ſemel: neq paucis in locis de ea meminerit: ſed ſæpe exornat ſic carmina: commemorata muſca: nunc enim gregarium eius uolatum ad lac exponit: nunc autē minervam curanti matri dormientem infantem comparans: quando a Menelao telum repellit: ne ad lætalia loca incidat: muſcam rurſus ducit in exemplum. At qui pulcherrimo eas adiectiuo ornauit cantatrices appellans: & cum gregem earū gentē uocat: ſic autē fortis eſt: q mordens aliquid uulnerat non hominis ſolum pellem: ſed & bouis: & equi: elephantē quoq moerore afficit in illius ingreſſa rugas: & pro magnitudine proboſcidis lacerans. Coitus uero: & venereorū: & nuptiarum eſt ipſis multa libertas: nec ut galli: cum inſcenderit mas: ſtatim reſiluit: ſed uehitur a fœmina diu: fertq illa ſponſum: conuolantq: nec ærium illum coitū uolatu deſtruunt: obtruncata uero capite muſca plurimum uiuit parte reliq̄ corporis: reſpiratq. Quod autem eſt maximū in natura ipſarū: non ē ſilentio præteruundū: quod Plato in ſermone de aīa: deq aīorum immortalitate ſolū prætermiſſe mihi uidetur. mortua enī muſca ſuperinfuſo cinere reuiuiſcit: & noua ei generatio quædam: atq ab integro alia fit uita: ut uere pſuaſum ſit omnibus q illarū quoq immortalis eſt animus. ſi quidem & digreſſa reuertitur iterum: & agnoſcit & ſuſcitat corpus muſcāq uolare facit: & uerificat de hermotino clazomeno fabulam: q ſæpe eū reliquiſſet cū anima per ſeipſam ibat peregre: deinde reuerſa implebat iterū corpus: & ſuſcitabat hermotinum. Et q̄q̄ ocioſa & remiſſa eſt muſca: ueſcitur tamē quæ laborant ab aliis: & plena ubiq eſt ei mēſa: nam ipſi & capræ mulgent & apis non minus muſcis laborat q̄ hominibus: atq huic coci obſonia cōdiunt. & deguſtat anteq̄ ipſi reges deābulāſq per mēſas una cum ipſis cōuiuat: & ſimul ueſcitur omnibus. Tuguriū aūt: ſeu nidum nō in uno loco conſtituit: ſed errabundum uolatum tollens more ſcytharū: ubi a nocte deprehenſa fuerit: ibi & domum facit & lectum. In tenebris uero: ut dixi: nihil operatur, neq dignum putat aliquid latens efficere. neq quid turpis facere exiſtimat. quod in luce factum ſit ipſi dedecori. Ait uero fabula perpulchram olim mulierem fuiſſe muſcam: loquacē tamē: & garulam: & cantatricem: & in amore contēdiſſe cum luna ambas eodem tempore Endimionis: deinde cum dormientem adoleſcentulum aſſidue excitaret: friuola loquens: & cantans: & circa ipſum laſciuiens: ægre illum tuliſſe. lunam uero iratam in hoc animal tranſmutaſſe muſcā. Et nūc propterea omnibus inuidere ſomnum qui dormiunt Endimiōis memorē & adoleſcentulis præcipue: & teneris. Morſus autem ipſe: & cruoris auiditas non ruſticitatis: ſed amoris eſt: & humanitatis ſignū: nam eo quo poteſt modo fruitur & ex pulchritudine decerpit aliquid. Fuit etiam apud antiquos mulier quædam cognomento muſca poetria perq̄ formoſa & docta: & alia peritiſ-

gnis athenienſium meretrix:de qua ait:poeta comicus:ad cor uſq; eum mu ſca mordebat. Sic autem neq; comica gratia dedignata eſt:neq; muſcæ nomen excluſit a ſcena:neq; pudebat parentes hoc nomine filias appellere. Tragœdia uero magna etiam cum laude de muſca meminit ſic in his. Graue quidem & moleſtum eſt forti robore ſaltare muſcam in uirorum corpora: ut cæde impleatur. uiros autem armatos hoſtilem haſtam timere. Multa etiã de muſca pythagoræ poſſem dicere:niſi nota omnibus eſſet hiſtoria. Naſcũtur & maximæ quædam muſcę:quas militares multi appellant: nonnulli uero canes ſonitu aſperrimæ:& uolatu uelociſſimæ. Hæ & longiſſimæ uitæ ſunt & tota hyeme incibatæ perdurant:contractæ præſertim:& connexæ tectis & culminibus. In quibus & illud eſt admiratione digniſſimum:q utrunq; & fœminarum & marium faciunt conſcendunt q; uiciſſim:ut mercurii & ueneris filius:qui miſta natura fuit & duplici forma. Poſſẽ etiã ad huc multa dicere:ſed finiã orationẽ:ne uidear ſecũdũ prouerbiũ ex muſca elephãtẽ facere.

## ¶Ad lectorem.

¶Hæc lege plena iocis:immiſtaq; ſeria ludo:
Quando relaxandi cura tibi eſt animi.
Luciano ex græco plures fecere latina:
Collecta hinc illinc:preſſaq; Bordo dedit.

FINIS.

## ¶Thomas Regazola.

Endimioneum lunæ:phœbiq; duellum
Et caſtra amborum noſcere quiſquis auet.
Scripta legat lucis multa uigilata lucerna:
Excultiſq; ſales quos dedit ingeniis.
Non poterunt non blandidulos afferre cachinnos
Humanæ uites:ſquamiferumq; pecus.
Tandem exanclatis tot caſibus ut loue natus.
Exuit arcadicis lucius ora feri.
Poſtremo inuictus poſt tartara linquit amœnis
Cecropios uates:Romuleoſq; patres:

## ¶De morte carmen horrendum.

Qua mors lege capit:& magnos:atque puſillos.
Nunc hos:nunc illos precipitando rapit:
Pauperis & regis communis lex moriendi
Dat cauſam flendi ſi bene ſcripta legis.
Guſtato pomo nemo tranſit ſine morte.
Vado mori certa:q; nihil certius illa
Hora ſit incerta:nec mora. uado mori.
Vado mori ſectans alios ſectandus & ipſe
Vltimus & primus non ero uado mori.

Vado mori præſul baculum:ſandalia:mitram
Nolens:ſiue uolens deſero:uado mori.
Vado mori monachus mundi moriturus amicis
Vt moriatur amor:ueh mihi:uado mori.
Vado mori iudex:cum plures iam iudicaui
Iuditium mortis horreo:uado mori
Vado legiſta mori:quia fui defenſor egenum
Cauſidicus cauſas deſero:uado mori
Vado mori loycus.alios concludere noui
Concluſit breuiter mors mihi:uado mori.
Vado mori medicus medicamine non redimendus
Quicquid agat medici potio uado mori
Vado mori princeps:quid prodeſt gloria mundi
Vado mori miles belli certamine uictor
Sed mortem uincere nequeo uado mori
Vado mori pugil doctus ſuperare duello
Sed ſuperare necem neſcio uado mori
Vado mori iuuenis:quia nil ualet ipſa iuuentus
De nece me protegi nequeo:uado mori.
Vado mori ſenior iam finis temporis inſtat
Iamque patet mortis ianua:uado mori
Vado mori ſapiens:ſed nec ſapientia nouit
Mortis cautellas fallere:uado mori
Vado mori ſtultus:mors ſtulto:nec ſapienti
Non iungit pacis fœdera:uado mori.
Vado mori diues:ad quid mihi copia rerum
Cum mortem nequeam paſcere: uado mori
Vado mori pauper:nil mecum defero mundo
Contempto mundo tranſeo:uado mori.
Vado mori pulcher uiſu:mors ipſa decori
Vel fortune neſcit parcere: uado mori:
Vado mori gaudens:non gaudeo tempore longo
Mundi dimitto gaudea:uado mori.
Vado mori cultor:collegi farris aceruos
Quos ego pro uilli computo:uado mori
Vado mori miſer:ſententia dura. beato
Grata mori:ſequitur uiuere:uado mori.
Vado mori cuius in cinerem & rediturus
Ordine quo cœpi deſino:uado mori.
Vado mori ſperans per longum uiuere tempus
Forte dies hæc eſt ultima:uado mori
Vado mori neſcio ſed: quo uel quomodo:quando

Me quocunq loco uertero: uado mori.
Vado mori cernens: q mors cunctis dominatur
Tensa uidēs mortis retia uado mori
Vado mori miſerere mei rex inclyte chriſte
Omnia dimittens debita: uado mori.
Vado mori ſperans uitam ſine fine manentem
Spernens præſentem ſic bene: uado mori.
Annuat hoc munus qui regnat trinus & unus
Mors reſecat: mors omne necat quod carne creauit
Mors fera: mors nequam: mors nulli percit & equam
Conctis dat legem: tollit cum paupere regem
Hæc tibi ſint menti carmen ſuperare uolenti.

Finiunt omnia opera preclariſſimi oratoris: necnon philoſophi acutiſſimi Luciani accurata diligentia. Impreſſa uenetiis per Melchiorem ſeſſam & Petrum de rauanis ſocios: Anno domini. M.D.XVII. die .XX. menſis ſeptembris.